JOSEPH SCALIGER'S ESTIMATES OF GREEK AND LATIN AUTHORS

By George W. Robinson

In Criticis omnium recte aestimantium judicio princeps sine controversia, sine aemulo ac rivali dominatur. *Dominicus Baudius.*

Aquila in nubibus, quod Graeci dicunt, vere tu es. Vides, imo pervides omnia, et quidquid venaris, capis. *Justus Lipsius.*

Scaliger stand auf dem Gipfel universaler lebendiger philologischer Gelehrsamkeit, wie keiner nach ihm: und so hoch in Wissenschaft jeder Art, dass er mit eignem Urtheil, was ihm auch vorkommen mochte, fassen, nutzen, und richten konnte. *B. G. Niebuhr.*

THE recognized position of Joseph Scaliger as the greatest scholar of modern times — if not indeed of all time — gives a peculiar value to his estimates of the authors of classical antiquity. A few of these estimates have been collected and arranged in Sir Thomas Blount's *Censura Celebriorum Authorum* [1] (1690) and, in French paraphrase, in Adrien Baillet's *Jugemens des Savans* (latest edition, 1725). For the far greater part, however, they remain scattered through the huge bulk of Scaliger's writings, of which most have not been reprinted since the sixteenth and seventeenth centuries; the longer are read by perhaps a dozen in a generation; while of some there are probably not more than three or four copies this side the Atlantic. I have, then, good reason to hope that the collection here for the first time presented will be useful and acceptable to classical students; and that I may count upon a liberal measure of their indulgence for the imperfections inevitable in the execution of such a task.

The critical judgments comprised in the *Scaligerana*, or memoranda of Scaliger's informal conversations jotted down by the physician

[1] I cannot place the passage on Dionysius of Halicarnassus attributed by Blount to " Jos. Scalig. in Animadv. Euseb.": " Dionysius . . . summus dicendi magister, et suavissimus scriptor." The quotation from Scaliger which Blount (p. 190, par. 7) puts under D. Magnus Ausonius in fact relates to the poet's father, Julius Ausonius. See *Ausonianae Lectiones*, ii, 33.

Franciscus Vertunianus [1] and the brothers Vassan,[2] students at Leyden, are, of course, on a different footing from those preserved in Scaliger's own writings. They contain, however, much that is of value; in not a few cases something is gained by their very informality. Accordingly it has seemed best, from every point of view, to include them.

The arrangement is alphabetical, by authors and in a few cases by groups of authors, with such cross references as seem necessary. Individual works are in like manner arranged alphabetically under their authors. A chronological list or key is prefixed. References in the notes are to the editions named below, the indicated abbreviations being used.

A. L. *Ausoniarum Lectionum Libri duo.* In the edition of Ausonius published at Geneva by J. Stoer in 1588. References are by book and chapter.

A. V. *In Appendicem P. Virgilii Maronis Commentarii et Castigationes.* In the Leyden edition of 1595.

B. S. Burmann's *Sylloge Epistolarum.* Leidae, 1727.

Cast. *Castigationes in Catullum, Tibullum, Propertium.* In the Antwerp edition of 1582.

Cyclom. *Cyclometrica Elementa duo.* Lugduni Batavorum, 1594.

C. F. B. *Confutatio Fabulae Burdonum.* Edition of 1617.

C. I. *Canones Isagogici.* Edition of 1658.

C. V. *Coniectanea in M. Terentium Varronem De Lingua Latina. Appendix ad eadem, nunc primum edita. Notae ad Varronis libros De Re Rustica.* In the Stephanus edition of 1581.

E. *Epistolae.* Edition of 1628. In several cases I have corrected the text from the more accurate but less complete and accessible edition contained in the *Opuscula*, Paris, 1610.

Elench. *Elenchus utriusque Orationis Chronologicae D. Davidis Parei.* Lugduni Batavorum, 1607.

E. T. *Opus de Emendatione Temporum.* Edition of 1629.

E. T. S. *Elenchus Trihaeresii Nicolai Serarii.* In *Trium Scriptorum Illustrium de tribus Judaeorum sectis Syntagma* (Delphis, 1703), vol. i, pp. 363–496. References are to the marginal page numbers, which follow the first edition (1605).

F. *In Sex. Pompei Festi Libros De Verborum Significatu Castigationes recognitae et auctae.* In the edition of Verrius Flaccus and Festus published at Paris by Petrus Santandreanus in 1593.

[1] *Prima Scaligerana*, from the years 1574–93.

[2] *Secunda Scaligerana*, from the years 1603–06.

L. F. I. *Lettres françaises inédites de Joseph Scaliger, publiées et annotées par Philippe Tamizey de Larroque.* Agen and Paris, 1879.

N. M. [*Prolegomena*], *Castigationes, et Notae in Sphaeram M. Manilii.* In Scaliger's final edition of Manilius, 1600.

Op. *Opuscula.* Paris, Beys, 1610.

P. *Poemata Omnia.* Berolini, 1864.

P. S. *Prima Scaligerana.* } Edition of 1740.
S. S. *Secunda Scaligerana.* }

R. N. *De Re Nummaria Antiquorum Dissertatio.* In Gronovius's *Thesaurus Graecarum Antiquitatum*, vol. ix (1735), coll. 1493–1548.

T. T. *Thesaurus Temporum.* Edition of 1658.

Y. V. *Yvonis Villiomari Aremorici in Locos Controversos Roberti Titii Animadversorum Liber.* Lutetiae, 1586.

Chronological List. *Greek Authors.* Before 600 B.C.: Hesiod, Homer, Tyrtaeus.

Sixth century B.C.: Anacreon, Onomacritus, Solon.

Fifth: Aeschylus, Aristophanes, Democritus, Herodotus, Hippocrates, Meton, Pindar, Sophocles.

Fourth: Ctesias, Demosthenes, Megasthenes, Palaephatus, Plato.

Third: Apollonius Rhodius, Archimedes, Aristarchus Samius, Aristophanes of Byzantium, Berosus, Callimachus, Chrysippus, Eratosthenes, Eudoxus, Manetho, Theocritus.

Second: Ammonius Alexandrinus, Apollodorus, Aristarchus, Crates, Nicander, Polybius.

First: Charinus, Didymus, Diodorus Siculus, Dionysius Halicarnassensis, L. Tarutius Firmanus, Tryphon.

First century after Christ: Dioscorides, Erotianus, Josephus, Nicolaus of Damascus, Philo Judaeus, Strabo.

Second: Claudius Aelianus, Apollonius Dyscolus, Appian, Clement of Alexandria, Diogenes Laërtius, Galen, Harpocration, Herodianus Grammaticus, Hipparchus, Iamblichus the novelist, Justin Martyr, Oppian, Phrynichus, Plutarch, Ptolemy, Tatian.

Third: Julius Africanus, Hippolytus Romanus, Irenaeus, Origen, Porphyry.

Fourth: Epiphanius, Eusebius, Hesychius, John Chrysostom.

Fifth: Anianus, Isidore Pelusiota, Nonnus, Panodorus, Proclus, Stephanus Byzantius, Synesius, Theodoret, Theon of Alexandria, Zosimus.

Sixth: Musaeus, Paulus Silentiarius, Procopius.

Seventh: Maximus Monachus.

Ninth: George Syncellus, Nicephorus Patriarcha.

Twelfth: Eustathius, Tzetzes, Zonaras.

Fourteenth: Thomas Magister.

Uncertain: Apollonides, Dionysius Periegetes, Geminus Rhodius,[1] 'Hermes Trismegistus,' Ocellus Lucanus, Pseudophocylides.

Latin Authors. Third and second centuries B.C.: Accius, Cato, Ennius, Lucilius, Pacuvius, Plautus, Terence.

First: Aelius Gallus, Antonius Gnipho, Auctor Commentarii de Bello Hispanico, Caesar, Catullus, Cicero, Horace, Hyginus, Lucretius, Ovid, Propertius, Publilius Syrus, Sallust, Santra, Sisenna, Tibullus, Varro, Virgil.

First century after Christ: Celsus, Quintus Curtius, Juvenal, Lucan, Manilius, Martial, Persius, Petronius, Phaedrus, Pliny Major, the Senecas, Silius Italicus, Statius, Sulpicia, Valerius Flaccus, Valerius Maximus, Velleius Paterculus.

Second: Florus, Gellius, Suetonius, Tacitus, Terentius Scaurus, Tertullian.

Third: Arnobius, Censorinus, Cyprian, Scriptores Historiae Augustae, Solinus, Terentianus Maurus, Ulpian.

Fourth: Ambrose, Ammianus, Ausonius, Avienus, Charisius, Donatus, Firmicus Maternus, 'Hegesippus,' Hilary of Poitiers, Jerome, Lactantius, Nonius, the Notitia Dignitatum, Optatianus, Pacatus, Paulinus of Nola, Rufinus, Servius, Symmachus, Aurelius Victor, Victorinus.

Fifth: Augustine, Claudian, Fulgentius, Macrobius, Mamertus Claudianus, Marcellus Empiricus, Martianus Capella, Orosius, Prosper Aquitanus, Prudentius, Rutilius Namatianus, Salvian, Sidonius Apollinaris, Sulpicius Severus.

Sixth: Boethius, Cassiodorus, Marcellinus Comes, Maximianus, Priscian.

Seventh: Isidore of Seville.

Eighth: Bede, Paulus Diaconus.

Uncertain: Calliopius, Symposius.

[1] 'Rhodius' is used as the conventional appellative, and without any idea of passing judgment on the dubious question of this author's provenance.

ACCIUS. Anapaesticos elegantissimos Accii poetae ex Phinidis . . .

Ac ubi curvo litore latrans
Unda sub undis labunda sonit . . .[1]

Mehercule longe felicius ingenium poeticum [than Cicero's].[2]

Pacuvius acer et Rudinus Ennius,
Utrique compar, sive maior[3] Attius.[4]

CLAUDIUS AELIANUS. Superstitiosissimus enim, si quis alius, est Aelianus.[5]

C. AELIUS GALLUS. *See* Critics and Grammarians.

AESCHYLUS. Tanti poetae.[6]

Graii cothurni nobilem, catam, gravem,
Tubae virilis intonatam incentibus,
Nervis adultam et viribus Tragoediam.[7]

JULIUS AFRICANUS. De iis tantum loquimur, qui sacrae historiae, ac veri cultus vetustatem opere ei rei privatim dicato asseruerunt: qui quum prope infiniti fuerint post tempora Constantini, qui ante illud tempus eam rem tractaverit, unus tantum impraesentia succurrit, Julius Africanus, et qui eum ipsis vestigiis ita sequitur, Eusebius Pamphili, ut totum ejus[3] fere Chronicum in suum transcripserit: quem, ut eam provinciam susciperet, honesta aemulatio, et aliae caussae, . . . sed ante omnia, amor veri impulit. Non enim se ad hanc scriptionem contulit, ut Gentium duntaxat pertinaciam obtunderet, sed et praecipue ut Christianorum errori succurreret, quibus nulla sacrae historiae constabat certa ratio.[8]

Neque vero mirum hic Africani nomen ab Eusebio reticeri, quum omnia Eusebii χρονολογούμενα non aliunde, quam ab Africano, sine ulla verborum immutatione, desumpta sint, cujus nunquam Eusebius meminit, nisi quum ab eo diserte se dissentire profitetur.[9]

[1] *C. V.*, p. 86.

[2] *Ibid.*, p. 145.

[3] In the representation of consonantal i by i or j, I have followed the editions that I have used, which are named above. The usage varies even among editions prepared in Scaliger's lifetime and presumably under his own eye.

[4] *P.*, p. 47.

[5] *T. T.*, animad., p. 68.

[6] *A. V.*, p. 153.

[7] *P.*, p. 48.

[8] *T. T.*, prolegom., f. * v.

[9] *Ibid.*, notae, p. 426.

Viri eruditissimi.[1]

Accuratissimus temporum observator.[2]

Luculento scriptori.[3]

See Tatian.

AMBROSE. Optimi et Christianissimi scriptoris.[4]

AMMIANUS MARCELLINUS. Ammian Marcellin est bien scabreux.[5]

AMMONIUS ALEXANDRINUS. Vetustissimus et eruditissimus Grammaticus.[6]

Praestantissimum Grammaticum.[7]

ANACREON. Lepidissimus Anacreon.[8]

ANIANUS. Doctissimi suorum temporum Anianus et Panodorus Aegyptii monachi.[9]

M. ANTONIUS GNIPHO. Doctissimus simul atque vetustissimus Grammaticus.[10]

APOLLODORUS. Tota Bibliotheca Apollodori, opus sane ingeniosissimum et elegantissimum, fabulosa est, non utique si homines, sed si hominibus attributa considerentur.[11]

APOLLONIDES. ὁ πρὶν ἐγὼ Ῥοδίοισιν, κ.τ.λ. Luculentum et acutissimum poematium.[12]

APOLLONIUS ALEXANDRINUS or DYSCOLUS. *See* Critics and Grammarians.

APOLLONIUS RHODIUS. *See* Critics and Grammarians, Poetae Graeci.

APPIAN. Appianum alienorum laborum fucum.[13]

Portentosiora sunt, quae Appiani Syriacis assuta sunt. . . . Multa hujusmodi fabulosa adtexta sunt illi libro Appiani. . . . Quod si non sunt assuta, valde infantem in historia Appianum fuisse necesse est.[14]

Multa temere Appiano excidunt, quem auctorem studiosi cum delectu tractare debent.[15]

Sed nec delirium Appiani, cuiusmodi non pauca apud illum Scriptorem extant, praetermittendum est, qui tempus septem Regum

1 *T. T.*, animad., p. 4.
2 *Ibid.*, p. 232.
3 *C. I.*, p. 321.
4 *E. T.*, p. 155b.
5 *S. S.*
6 *E. T.*, p. 26a.
7 *T. T.*, animad., p. 162.
8 *Cast.*, p. 136.
9 *T. T.*, notae, p. 401. Cf. *C. I.*, p. 280.
10 *F.*, p. lxiii.
11 *Elench.*, p. 81.
12 *N. M.*, p. 358.
13 *T. T.*, animad., p. 177.
14 *Ibid.*, p. 212.
15 *C. I.*, p. 335.

Romanorum centum Olympiadibus, et alteris centum intervallum a Regifugio ad Olympiadem CLXXVII definit.[1]

ARCHIMEDES. Magnus Archimedes.[2]

Archimedes divinus.[3]

Si quisquam divini ingenii Archimedis admirator et studiosus, is ego sum.[4]

Ut non regnum in Geometria obtinere, sed tyrannidem exercere videatur.[5]

ARISTARCHUS. *See* Critics, Critics and Grammarians.

ARISTARCHUS SAMIUS. *See* Mathematici.

ARISTOPHANES. Bonus auctor, Atticus et primus legendus, nec se quisquam jactet Atticismum intelligere, qui hunc ad unguem non teneat. Certe nullus est qui melius apud Graecos loquatur ipso Aristophane, ut nec apud Latinos Terentio.[6]

ARISTOPHANES OF BYZANTIUM. *See* Critics, Critics and Grammarians.

ARNOBIUS. Scriptor eruditissimus, neque magistellorum auribus commendandus.[7]

Optimum et eruditissimum scriptorem.[8]

AUCTOR COMMENTARII DE BELLO HISPANICO. Latinior, quam eloquentior (non enim assentimur iis, qui barbarum auctorem vocant, cum sit scriptor purissimi sermonis, sed inconditi).[9]

AUGUSTINE. Piissimus ac eruditissimus scriptor.[10]

Vir longe castigatioris iudicii, quam Eusebius.[11]

Sanctissimo ac eruditissimo scriptore.[12]

Virum omni exceptione majorem.[13]

Eram in convivio apud Polonos, loquebar cum Arminio de Augustino, qui est magnus disputator, sed non est ἐξηγητικὸς, non interpretatur bene Scripturam, est ineptus saepe. Saint Augustin se faschoit contre saint Hierosme, d'avoir tourné la Bible, lequel luy respondit fort bien, tellement que saint Augustin respondit tout doux. S.

[1] *C. I.*, p. 346. [2] *Cyclom.*, dedicatio, also p. 13.

[3] *Ibid.*, p. 4. Cf. *ibid.*, p. 15: divini Archimedis.

[4] *Ibid.*, p. 11. [5] *Ibid.*, p. 12. [6] *P. S.*

[7] *A. V.*, p. 193. Cf. *C. V.*, p. 48: eruditus scriptor.

[8] *A. V.*, p. 196. [9] *E. T.*, p. 439b. [10] *A. L.*, i, 29. [11] *E. T.*, p. 550c.

[12] *T. T.*, notae, p. 410. Cf. *ibid.*, prolegom., f. **** r.: sanctissimus vir.

[13] *Ibid.*, notae, p. 413.

Augustin a esté grand Theologien, mais s'il eust entendu le Grec et l'Hebreu, il eust esté encore plus grand. . . . Le meilleur des Anciens c'est saint Augustin. Le pauvre livre que les Confessions de saint Augustin! . . . Cela est beau, de faire reconnoistre ses fautes.[1]

AUSONIUS. Doctissimus poeta.[2]

Quosdam esse, quibus hic poeta non placet, id vero animum nostrum exercere non debet. Sunt enim iidem, qui dicunt Garumnam fluviolum esse, Burdigalam oppidulum, Aquitaniam ipsam non maiorem esse, quam sunt illae praeposituræ, quae uno tantum Episcopatu, aut dioecesi continentur: ita ut Senatus ipse Burdigalensis eorum sermone sit tantum una decuria Senatuli municipalis. Cum eos ita loquentes audis, risum potes abstinere ? Et non ridebis, cum Ausonium bonum poetam negant ? Et tamen non a plebe haec audias, sed ab illis, qui honoribus amplissimis funguntur, qui in luce hominum versantur, qui in literis aliqui videri volunt. Nam nobilitati Galliae, quae putat in Gallia nihil esse boni, praeter eum tractum aut regionem, quam Franciam vocamus, et iuventuti Francicae, quae eodem morbo laborat, in illo praecipiti calore aetatis qui illis aciem mentis perstringit, et plebi, quam postulare sapere, est cum ratione insanire, facile ignosco. At illos magnos viros hoc dicere, quis poterit pati ? Nos, qui neque acuti, neque adeo hebetes in iis rebus sumus, eos amplissimos viros, siquid de supercilio remittere velint, possumus docere, et quid sit Aquitania, et quid sit in literis Criticum esse. Aliter enim de literis hic apud nos, ac de negotiis in aula disputatur.[3]

Denique nihil fere in eius poëmatis reperias, quod eius saeculi scholasticum tumorem referat. Ita omnia ad imitationem veterum, tanquam ad examen quoddam exiguntur.[4]

Eruditissimus poëta.[5]

Clarissimi poetae.[6]

Ausonianae eruditionis ac reconditae literarum copiae.[7]

Acutissimus, et ad omnia ingenium in numerato habens poeta.[8]

Studiosus imitator Plauti ubique Ausonius.[9]

[1] *S. S.*

[2] *C. V.*, p. 230. So also *A. L.*, i, 1; *Cast.*, p. 68; *T. T.*, animad., p. 114.

[3] *A. L.*, praef.

[4] *A. L.*, i, 21.

[5] *Ibid.*, i, 23. Cf. *ibid.*, ii, 2, 27; *F.*. p. xiii.

[6] *A. L.*, ii, 17.

[7] *Ibid.*, ii, 4.

[8] *Ibid.*, ii, 4.

[9] *Ibid.*, ii, 18.

Satis domi habet, unde alienae gloriae desiderium tolerare possit.[1]

Hoc igitur in bonis disciplinis ac utraque lingua usus praeceptore, eos in illis progressus fecit, ut in tantum et talem Poëtam, quantum et qualem videmus hodie, evaserit.[2]

Ausonius nostras, poeta post tempora Domitiani omnium eruditissimus, et in cuius lectione nemo operam suam luserit.[3]

Ausonius auctor valde bonus, dignus qui meliore saeculo natus fuisset.[4]

Cuius moris eruditissimum interpretem dabimus Ausonium nostratem.[5]

Scis quam non vulgaris eruditio sit in poematiis Ausonii.[6]

Viro doctissimo Ausonio.[7]

De Bissula (Peiper, p. 114). Delicatissimis epigrammatis.[8]

De Herediolo (Peiper, p. 16). Est autem poëmatium illud in herediolum elegantiae priscae, et venustatis plenissimum. De quo hoc possum serio affirmare: si sine nomine aut titulo in veteribus membranis repertum fuisset, idem illi potuisse contingere, quod multis aliis poëmatis Ausonianis, Rosis, Viro bono, Literae Pythagorae, et aliis. Nam ut illa sine nomine auctoris in veteribus libris reperta, Virgilio diu attributa fuerunt: ita hoc delicatum elegidion non nisi veteri cuidam, ac etiam ultra aetatem Virgilii poëtae adscriptum fuisset.[9]

Epicedion in Patrem; De Herediolo (Peiper, pp. 21, 16). Lucilliano stilo patris sui, itemque praedioli Elogium scripsit. In quo mihi videtur omnium, quicunque idem tentaturi sunt, conatus posse deterrere. De industria enim veterem illam simplicitatem affectat, et quantum potest ad eius characterem stilum suum componit.[10]

Epistola Paulino in causa Philonis (Peiper, p. 272). Eruditissima et elegantissima est epodice epistola, quam mittit Paulino pro causa Philonis procuratoris quondam sui.[11]

Epistola Παύλῳ (Peiper, p. 232). Epistola bilinguis, quam ad Axium Paulum Rhetorem Bigerritanum mittit, et eruditissima et elegantissima est.[12]

[1] *A. L.*, ii, 32.
[2] *Ibid.*, ii, 33.
[3] *A. V.*, p. 223.
[4] *F.*, p. cxli.
[5] *E. T.*, p. 174a.
[6] *E.*, p. 403.
[7] *T. T.*, animad., p. 119.
[8] *A. L.*, ii, 33.
[9] *Ibid.*, i, 20.
[10] *Ibid.*, i, 20.
[11] *Ibid.*, ii, 9.
[12] *Ibid.*, ii, 4.

Epistola I Theoni (Peiper, p. 245). Epistola, quam scribit primam ad Clementinum Theonem, poetam Medulum, digna est, quae non solum propter eruditionem, sed etiam propter urbanitatem legatur.[1]

Mosella (Peiper, p. 118). Treveris agens caepit amoenitatem eius tractus, et fluminis Mosellae delitias admirari. Quo argumento mirum in modum oblectatus, caepit illud poëtica scriptione periclitari: id quod ei, ut alia omnia, feliciter cessit. Extat eius ea de re eruditissimus ac venustissimus Panegyricus.[2]

In eodem cultissimo et eruditissimo poëmate.[3]

In tam excellenti poemate.[4]

In politissimo Panegyrico Mosellae.[5]

Oratio Consulis Ausonii versibus rhopalicis (Peiper, p. 19). Apage illud illepidum et invenustum carmen Rhopalicis versibus conscriptum. Qui potest esse Ausonii, ineptum, insuave, soloecismis plenum, neque a docto homine, neque seculo Ausoniano scriptum ? [6]

Technopaegnion (Peiper, p. 155). In Monosyllabis suis, ingeniosissimo opusculo.[7]

Avienus. Avienus est optimus Arati non solum paraphrastes, sed etiam interpres.[8]

Elegans et eruditus Arati Paraphrastes.[9]

Auctorem locupletem habeam Festum Avienum.[10]

Bede. Doctissimus Beda.[11]

Doctissimo sui aevi Beda.[12]

[Maximus Monachus et Beda] ambo monachi, et supra captum suorum temporum eruditi.[13]

See Isidore of Seville.

Berosus. Eximium scriptorem Chaldaeum.[14]

Berosi igitur et Megasthenis eximiae illae reliquiae apud Iosephum nobis veritatis fontes recluserunt.[15]

Ex antiquissimis et accuratissimis scriptoribus Beroso et Megasthene.[16]

[1] *A. L.*, ii, 12.
[2] *Ibid.*, ii, 33.
[3] *Ibid.*, i, 4.
[4] *Ibid.*, i, 5.
[5] *F.*, p. cviii.
[6] *A. L.*, ii, 3.
[7] *A. V.*, p. 223.
[8] *N. M.*, p. 51.
[9] *Ibid.*, p. 73.
[10] *E. T.*, p. 76a.
[11] *T. T.*, animad., p. 6.
[12] *Ibid.*, p. 52.
[13] *E. T.*, p. 746a.
[14] *Ibid.*, p. xiv.
[15] *Ibid.*, p. xxxi.
[16] *Ibid.*, p. xxxvii.

BOETHIUS. Boethius totus legendus est, magnus quippe Philosophus et Poëta eximius, phrasin Neroniani temporis imitans.[1]

CAESAR. Planitas aequabilis
Quam Caesar olim, quam colebat Tullius.[2]

See Critics and Grammarians.

CALLIMACHUS. Majorum gentium auctorem.[3]

See Critics, Critics and Grammarians, Pindar, Poetae Graeci.

CALLIOPIUS. *See* Critics and Grammarians.

CASSIODORUS. Nunquam Cassiodoro cum Eusebio convenit de anno aut tempore, quamvis eadem verba referat. Itaque studiosi caveant ab illa Cassiodori farragine: cujus miram confusionem in Consulibus temulentiae recte comparat Onufrius Panvinius noster.[4]

Bonus Auctor, et minime spernendus.[5]

CATO. M. Porcius Cato, qui omnes gentium Italicarum origines et urbium initia in lucem eruit, tanta diligentia, tam accurato studio, ut in hac parte ne Graecis quidem inferior sit, quantum quidem ex Dionysio Halicarnassensi coniicere possumus.[6]

Optimus Auctor cum Varrone. Praestaret nos amisisse totum jus civile, ut hodie habetur, sine integris Auctoribus, quam Catonem et Varronem.[7]

CATULLUS, TIBULLUS, PROPERTIUS. Nunquam parcemus operae, quin quodcunque nobis a gravioribus studiis vacabit, totum id bonis auctoribus iuvandis impendamus: id quod in istis tribus luminibus poetices Romanae praestitimus. In quibus vix est, ut ullum animadversione dignum locum praetermiserimus, praeterquam si quae sunt, quae castae aures ferre non possunt. Ea enim attingere neque partes meae sunt neque alius cuiuspiam, qui aliquem saltem pudorem habet. In istis commentatiunculis nostris ne verbulum quidem extat, quid me praeteriisse melius fuerit, quam scripsisse. Vellem equidem ipsi veteres pudoris aliquam rationem habuissent, neque tot infamibus scriptis hominibus sese traduxissent. Sed qui aliter contigisse videmus, interea nos isto Catone contenti erimus. Nam ex quibus Latinitatem, quam ex istis fontibus hauriemus? Et tamen isti tres poetae flagitiosius non loquuntur quam vel una Aristophanis Comoedia, cuiusmodi

[1] *P.S.*
[2] *P.*, p. 21.
[3] *T. T.*, animad., p. 87.
[4] *Ibid.*, p. 211.
[5] *P.S.*
[6] *E. T.*, p. 355a, b.
[7] *P.S.*

tamen multas semper lectitasse Chrysostomum proditur. At quantum virum! Cui profecto eloquentia, probitate, pietate parem alium nulla post aetas tulit. Lectionem poetarum ego mari comparo. In eo sunt scopuli, ad quos tamen peritus nauta nunquam navem offendit. In poesi sunt quaedam non bona dicta, in quae nunquam pius animus offendit, sed ea strenuus secure praetervehitur. Quare ut quosdam rogatos volo, quos delectant poetica, ut ab illis praetextatis verbis aures, oculos, linguam, animum denique abstineant: ita alios castigandos censeo, qui propter unam, aut alteram, vel denique paucas aspersas labeculas totum opus maculosum putant.[1]

Catullus observantissimus vel morosissimus observator puritatis Latinae linguae. Tibullus tersissimus ac nitidissimus Poëta fuit. Propertius castigatissimus Auctor, et facundissimus, a me emendatus est. Hi tres dicti sunt Triumviri amoris.[2]

CATULLUS. Elegantissimo poeta.[3]

Politissimum scriptorem.[4]

Cultissimi poetae.[5]

Politissimo poeta.[6]

Ex cultissimo Catulli poematio:[7]

> . . . cuncto concepit pectore flammam
> Funditus atque imis exarsit tota medullis.[8]

Ex cultissimo poematio Catulli in Ariadnes conquestione.[9]

CELSUS. Elegantissimus scriptor[10]

CENSORINUS. J'ai cognu par expérience que Censorin est le plus diligent auteur, qui soit aujourd'hui en nature.[11]

Aureolum libellum suum de die Natali.[12]

Eximius ille et doctissimus temporum et antiquitatis vindex.[13]

Luculento scriptore.[14]

CHARINUS. Charinus . . . inter efflandum animam hos lepidissimos ac elegantissimos Iambos in medium iecit:

> Ἔῤῥοις πλανῆτι . . .[15]

CHARISIUS. Doctissimus et vetustissimus Grammaticus.[16]

1 *Cast.*, praef.
2 *P. S.*
3 *F.*, p. cci.
4 *Cast.*, praef.
5 *Ibid.*, p. 13.
6 *Ibid.*, p. 72.
7 64.
8 *A. V.*, p. 59.
9 *Ibid.*, p. 80.
10 *Cast.*, p. 164.
11 *L. F. I.*, p. 116.
12 *E. T.*, p. 201c.
13 *Ibid.*
14 *E.*, p. 376.
15 *A. L.*, ii, 18.
16 *R. N.*, col. 1533d.

CHRYSIPPUS. *See* Critics and Grammarians.

CICERO. Neque vero novum est Ciceronis diligentiam et fidem in reddendis Graecis desiderari.[1]

C'est le plus bel Auteur Latin que nous ayons: les belles choses qu'il y a là dedans![2]

See Caesar.

Aratea. A nobis accipiantur tanquam ab adolescente effutita, non a sene castigata.[3]

Epistola ad Paetum. Erudita illa epistola ad Paetum.[4]

Opera philosophica. Libros omnes Philosophicos Ciceronis nihil facio; nihil enim in iis est quod demonstret et doceat ac cogat, nihil Aristotelicum.[5]

CLAUDIAN. Pneustica . . . eleganter . . . ita describit in eruditissimo carmine ad Manlium.[6]

Claudianus elegantissimus Poëta; quam praeclara habet in 4 Consulatu Honorii! Prudentius etiam.[7]

CLEMENT OF ALEXANDRIA. Eruditissimus scriptor.[8]

Vir saeculi sui eruditissimus.[9]

Doctissimus Clemens Alexandrinus.[10]

O le docte Escrivain! il entendoit bien les payens: Justin Martyr aussi, sed non tantum.[11]

See Tatian, Tertullian.

CRATES. *See* Critics, Critics and Grammarians.

CRITICS. Criticae principes apud Graecos sunt Aristophanes, Crates, Aristarchus, Callimachus. . . . Apud Latinos nobilissimi Critici sunt Varro, Santra, Sisenna: sed omnium Princeps Varro.[12]

CRITICS AND GRAMMARIANS. Josephus Scaliger Francisco Vertuniano Doctori Medico S. Ternas a te uno die accepi, sed omnes . . . idem continebant. In quo praecipuis duobus respondebo, de *Critice*[13] et de verbo *Macte.* Ac primum de eo quod prius ordine est, de Critice.[13]

[1] *Y. V.*, p. 18. [2] *S. S.* [3] *N. M.*, p. 443. [4] *C. V.*, p. 64.
[5] *P. S.* [6] *A. V.*, p. 117. [7] *S. S.*
[8] *C. V.*, p. 220. Cf. *E. T.*, p. 378a; *T. T.*, prolegom., f. * v.
[9] *E. T.*, p. 551d. [11] *S. S.*
[10] *T. T.*, animad., p. 53. [12] *E.*, pp. 756 f.
[13] Here I have corrected the obvious error of the editions, which read *Critico.* In the Greek, and in the instance near the end of the passage, they have preserved the true reading.

Non est quod vos Asclepiadae gloriemini de vetustate Medicinae vestrae, quae nobis obiicitis Machaona et Podalyrium. Habet et ista doctrina quam Grammaticam vulgus vocat, neque tamen intelligit, habet, inquam, et vetustissimos suos vindices, Linum et Palamedem, et Cadmum et alios. Sed hoc nihil ad Criticen.[1] Ita sane. Volebam tamen nescius ne esses eam a maximis viris non solum cultam, sed etiam excultam fuisse. Qui enim de ea libros reliquerunt maximi viri, etiam in aliis studiis, fuerunt, Crates, Aristophanes, Nicander, Callimachus, Apollonius ille Rhodius, Chrysippus, alii Heroes magni. Illi igitur in monumentis suis nobis reliquerunt Grammatices partes tres esse, quarum primam τεχνικὴν vocarunt, secundam ἱστορικὴν, tertiam ἰδιαιτέραν. Τεχνικὴν πραγματείαν vocant eam quae in elementorum et syntaxeos disciplina tota est. Ἱστορικὴν, eam quae in mythologiis Poetarum, in Oratorum et Historiarum descriptionibus, locis, montibus, fluminibus versatur, et si quid simile. Ἰδιαιτέραν intelligi volunt, quae non illis finibus contenta est, sed ulterius evagatur, et in abditiora sapientiae penetralia se insinuat: cum scilicet spurios versus Poetarum a veris et legitimis discernit, depravata emendat, falso attributa suis auctoribus asserit ac vindicat, omne genus Poetarum, Oratorum, Philosophorum recenset atque excutit. Hanc partem propterea κριτικὴν vocarunt. Atque ut veteres Romani quatuor partes anni singulas in tres alias diviserunt, ut de vere dicerent, ver primum, ver adultum, ver praecipitatum: ita etiam iure merito per illos gradus voluerunt φιλόλογον ad perfectissimam φιλολογίας cognitionem pervenire. Itaque primam illam τεχνικὴν omnes vulgo de faece paedagogorum quotidie tractant, ut sibi videntur. In ea tamen excelluerunt clarissimi viri veteres, Herodianus, Tryphon, Apollonius Alexandrinus apud Graecos: apud Romanos autem Scaurus, Donatus, Caesar ipse et Plinius Secundus. Illam tertiam, id est nobilissimam omnium, ac vere Philosopho dignam tractarunt Graeci, Crates, Aristophanes, Aristarchus, qui propterea et vulgo κριτικὸς dictus est: Romani autem infiniti, inter quos Varro, Sisenna, Aelius Iurisconsultus, et alii. Mediam quae secunda est, imprimis Hyginus, Palaephatus, Stephanus, et Caesar etiam coluerunt. Quanto tertiam illam quam alias pluris fecerint, ex nomine intelligere potes. Non enim ab officio vocarunt, ut a tractanda arte primam τεχνικὴν, secundam ab enarratione historiarum ἱστορικὴν: sed quia non omnium est,

[1] Edd. *Criticum*.

sed pauciorum, neque in quibusvis auctoribus, sed in nobilissimis versatur, *ἰδιαιτέραν*, quasi peculiarem, vocarunt. Haec nos de Critice, quam cum iam plene cognoscas, illi merci precium iam recte dicere poteris. Quanti enim tibi indicanda sit, scire poteris. Versus Homeri illi tantum admissi sunt, quos Aristarchus probavit; Comoediae Terentii, quas Calliopius. Sic Tragoedia vetus Achilles Aristarchi, quod ab eo emendata esset.[1]

CTESIAS. Homo vanissimus.[2]

QUINTUS CURTIUS. Un bon Auteur.[3]

CYPRIAN. Cyprian a une belle simplicité et une grande pieté.[4]

DEMOCRITUS. Sane Democritus tantus vir fuit, ut etiam in quibus fallitur, ingenii tamen eius magnitudo elucescat.[5]

DEMOSTHENES. Pater eloquentiae.[6]

DIDYMUS. *See* Harpocration.

DIODORUS SICULUS. Auctor omnium Graecorum certissimus.[7]

Insignis est hallucinatio praestantissimi scriptoris, principium belli Gallici cum annis belli civilis confundentis. Sed Deum immortalem, quanta jactura historiae facta est amissione librorum illius Bibliothecae, praesertim quinque illorum, qui sequebantur post quintum. Nam in illis erat memoria totius vetustatis regnorum Orientis, quae multum historiae sacrae allucebant. Nunc de tot praeclaris monumentis nihil nobis, praeter desiderium, superest.[8]

Accuratissimi scriptoris.[9]

DIOGENES LAËRTIUS. Scriptore eruditissimo.[10]

Harum rerum [i.e., literary history] diligentissimus investigator.[11]

DIONYSIUS HALICARNASSENSIS. Omnium diligentissimo.[12]

DIONYSIUS PERIEGETES. *See* Oppian, Poetae Graeci.

DIOSCORIDES. Optimo scriptori.[13]

DONATUS. *See* Critics and Grammarians.

ENNIUS.

Qui nitido intactos Musae pede primus inisti
  Italicae campos, Itale Maeonide,
O quam hilares, Enni, spectamus, quamque lubentes,
  De Styge, de leti te reducem tenebris!

1 *E.*, pp. 106 ff.
2 *C. I.*, p. 321.
3 *S. S.*
4 *S. S.*
5 *E. T.*, p. 167c.
6 *R. N.*, col. 1510b.
7 *E. T.*, p. xi.
8 *T. T.*, animad., p. 156.
9 *C. I.*, p. 348.
10 *C. V.*, p. 189.
11 *T. T.*, animad., p. 96.
12 *Ibid.*, p. 4.
13 *E.*, p. 101.

Atquin relliquiasque tuas, dulcesque Camoenas
  Mors, et vis duri temporis obruerant.
Nunc vates Latii inter cassos luce vagantem
  Te Merula ex Orco, Phoebus uti puerum
Ante Coroniden, in luminis eruit oras.[1]

Poëta antiquus, magnifico ingenio. Utinam hunc haberemus integrum, et amisissemus Lucanum, Statium, Silium Italicum, et tous ces garçons-là.[2]

EPIPHANIUS. Eruditum Patrem.[3]

Non possum narrare quanto gaudio me affecit Epiphanius, quem misisti. Ego illum totum devorabo, cuius olim avidissimus helluo fui. Pauci agnoscunt illum penum veteris Christianismi.[4]

Multa cum delectu et judicio legenda apud Epiphanium, cujus Panarium nos solemus vocare Christianae antiquitatis scrinium. Et sane praestantissimum est opus, et non omnium hominum.[5]

Sed quot ejusmodi sunt in illo thesauro vetustatis rerum Christianarum! Quare cum delectu ille auctor tractandus, optime alioqui de literis divinis deque Ecclesia meritus.[6]

Longus liber de . . . Epiphanii hallucinationibus contexi posset.[7]

Nous avons un Thresor d'antiquitez en Epiphane, car il avoit de bons livres, ex quibus quando describit, optime, sed quando ex suo dicit aliquid, miserrimus est. Il estoit un ignorant.[8]

ERATOSTHENES. Canones Eratosthenei omnium optimi.[9]

EROTIANUS. *See* Hesychius.

EUDOXUS CNIDIUS. Vir suo saeculo eruditissimus, et Mathematicorum princeps.[10]

EUSEBIUS. Virum Christianorum in saecularibus literis illius aevi doctissimum.[11]

Homo et ipse neque mentis, neque ὀρθοδοξίας satis compos.[12]

[1] *P.*, p. 58: "Paullo Merulae Q. Ennii Annales edenti." Also in Greek. Merula's edition was published at Leyden in 1595.

[2] *P. S.*

[3] *E. T.*, p. 151b.

[4] *E.*, p. 86: 13 June 1591; to Gilbert Seguin. Cf. *P. S.*: Pauci agnoscunt illum penum Christianismi.

[5] *E. T. S.*, p. 109.

[6] *Ibid.*, p. 157.

[7] *T. T.*, animad., p. 74. Cf. *ibid.*, p. 234.

[8] *S. S.*

[9] *E. T.*, p. 536d.

[10] *Ibid.*, p. 69a.

[11] *Ibid.*, p. 564b.

[12] *E.*, p. 282: *c.* Jan. 1606; to Casaubon.

Sed omnium simul opera unius Eusebii heroicus labor superavit, qui ex eorum scriptis in unum corpus contributis, et in membra digestis, luculenta et omni laude majora volumina contexuit, quibus defensionem Christiani cultus instituit, viginti quidem libris *ἀποδείξεων* adversus Judaeos, adversus Gentes autem quindecim voluminibus *προπαρασκευῆς* pro doctrina, pro vetustate vero, opere *κανόνων χρονικῶν παντοδαπῆς ἱστορίας*.[1]

Multae sunt hallucinationes, multa peccata Eusebii. Nullus est auctor, qui leviore studio, et majore securitate judicii lectorum scripserit, quam hic noster. . . . Nam erratis hujus auctoris enumerandis charta non suffecerit.[2]

Si eruditissimus vocandus, quia multa legit, sane nemo illi hanc laudem invidere potest. Sin autem is eruditissimus, qui judicium cum multa lectione conjunxit, alium potius, quam Eusebium producere debuit.[3]

Duorum summorum virorum [Eusebii et Hieronymi].[4]

Auctori optime de antiquitate Ecclesiastica merito.[5]

Nullius scriptoris sive Christiani, sive pagani tot deliria, tot absurditates extant, quot Eusebii nostri.[6]

See Africanus, Origen, Tatian.

Chronicon. Eusebii . . . qui omnium illorum veterum ut postremus, ita accuratissimus est.[7]

Nos unum tantum Eusebium discussimus, quod ipse, ut diximus, omnium illorum veterum clausula est. Itaque unum Eusebium noris, omnes noris.[8]

Eusebii anilibus hallucinationibus.[9]

Stabulum Augiae.[10]

Magna injuria est editionum in illum auctorem, cujus errores dum tollere volunt, turpius aliquando hallucinantur, quam ipse. Putamus nos ipsum pristinae formae, aut proxime ab illa, restituisse. Nam quin multum nocuerit illi temporum injuria, id vero negari non potest. Sed certum est, et ipsum tempori, et tempus ipsi nocuisse.[11]

1 *T. T.*, notae, p. 402.
2 *Ibid.*, p. 417.
3 *T. T.*, animad., p. 8.
4 *Ibid.*, p. 12.
5 *Ibid.*, p. 14.
6 *Ibid.*, p. 188.
7 *E. T.*, p. 537a.
8 *Ibid.*, p. 541c.
9 *Ibid.*, p. xvii.
10 *B. S.*, tom. i, p. 243: 17 July 1600; to Lipsius.
11 *Ibid.*, pp. 243 f.: 12 Aug. 1600; to the same.

Scito enim totum illud Chronicon ab inferis me excitasse.[1]

Spero me totum fere Eusebium Graece loquentem e mortuis excitaturum.[2]

Fere tota illius Chronica nihil aliud sint, quam centunculus ex pannis Africani consutus; et, quae fuit scriptoris illius inscitia, levitas, *περισκεψία*, nullos alios putavit *σταδιονίκας* deinceps fuisse, praeter eos quos ab Africano accepit.[3]

Incredibile est, quantum ille, prudens imprudens peccaverit. Mirabuntur, qui legent.[4]

Iste vero Eusebii labor, ut ita loquar, Herculeus, tanti fuit apud veteres, tantaque ejus dignitas, ut Chronologi, qui post Eusebium scripserunt, omne scriptum de temporibus aridum esse censuerint, quod non hujus fontibus irrigatum esset.[5]

[Africanum] non solum sequutus est, sed totum ejus Chronicon totidem verbis in suum transtulit, extra quam ubi ab eo dissentit.[6]

Opere illo eximio Chronicorum.[7]

Priscorum igitur Graecorum, ac maxime Africani viri eruditissimi vestigiis haerens Eusebius, opus heroïcum, et omni laude majus instituens, ut reliquam eorum dispositionem, ita et partitionem sequutus est.[8]

Praestantissimum Chronicorum et omnimodae temporum historiae opus.[9]

Quum videret ex Judaeis Josephum et Justum, ex nostris Clementem, Tatianum, et Africanum Mosem Inacho aequalem facere, primus omnium errorem aperuit, et infra aetatem Inachi, et, quod amplius est, posteriorem Cecrope, sed omnibus Diis Gentilium, sacris, et mysteriis antiquiorem esse demonstrare aggressus est: in quo laudem meruit maximam, quum adversus nostros veritatem asseruit, adversus Gentes autem nihilominus Mosem vetustissimum, et ante omnium Deorum natales fuisse firmissimis argumentis comprobavit.[10]

[1] *E.*, p. 339: 21 Nov. 1600; to Marcus Velserus. Cf. *ibid.*, p. 343: parum abest, quin Graece loquentem ab inferis excitare possim; also *L. F. I.*, p. 335: J'ai restitué si bien cet aucteur, qu'on peust dire qu'il est resuscité des morts.

[2] *E.*, p. 116: 20 Jan. 1602; to Janus Dousa.

[3] *Ibid.*, p. 261: 5 June 1605; to Casaubon.

[4] *Ibid.*, p. 285: 12 Mar. 1606; to the same.

[5] *T. T.*, notae, p. 401.

[6] *Ibid.*, p. 417.

[7] *Ibid.*, p. 430.

[8] *T. T.*, animad., p. 4.

[9] *Ibid.*, p. 5.

[10] *Ibid.*, p. 11.

Sed ecquae finis erit, si omnes hallucinationes Eusebii referre velim, et alia omnia, quae tam scienter, quam imprudens commisit ? [1]

Tantum vero abest, ut propter illa vitia minor auctoritas doctrinae Eusebianae apud nos sit, ut potius eo nomine ea seorsim exposuerimus, ne caetera bona, quae scriptis Eusebii continentur, contaminarent, sed castigata sic cum reliquis, quae diligenter ab eo collecta, aut feliciter excogitata sunt, tuto conjungi possint.[2]

Tanta praestantia est horum Chronicorum Eusebii, ut fatendum sit, nullum vetus scriptum extare de ratione temporum, quod cum hoc comparari possit, et quod pluris nostra intersit ad nos salvum pervenisse. Imo nullum paulo vetustius est, quod ab hoc derivatum non sit.[3]

De qua historia [ecclesiastica] quum nullus veterum praeclarius meruerit, quam hic noster, in nullo certe scriptorum ejus illustrius hoc eminet, quam in hoc opere Chronico, quod mancum ad nos pervenisse dolendum est.[4]

Legendum cum judicio.[5]

Le premier liv. de ses Chroniques est admirable. . . . Les Canons de mon Eusebe c'est ce que j'aime le mieux, c'est l'ame de mon Eusebe.[6]

Historia Ecclesiastica. Quid de ejus historia ecclesiastica loquar ? Quid certi aut explorati a tempore Trajani, ad imperium Constantini Magni, Ecclesia haberet, si aut illi luculenti libri intercidissent, aut Eusebius nullos reliquisset ? [7]

Praeparatio Evangelica. Luculentis illis Commentariis προπαρασκευῆς.[8]

Taceo auctoris multiplicem eruditionem, indefessum lectionis studium, summam vetustatis peritiam, qui in omnibus priscorum auctorum monimentis peregrinatus illum divinum προπαρασκευῆς thesaurum collegit.[9]

EUSTATHIUS. Homeri . . . loquacissimum . . . interpretem.[10]

See Harpocration.

[1] *T.T.*, prolegom., f. ** 2 r.

[2] *Ibid.*, f. ** 3 v.

[3] *Ibid.*, f. *** v.

[4] *Ibid.*, f. *** v.

[5] *S. S.*, *s. v.* Histoire Ecclesiastique.

[6] *S. S.* Cf. *T. T.*, prolegom., f. **** v.: animam historiae . . . Chronologiam appellare soleo, sine qua historia non spirat: quae quanto multis scriptis, tanto Chronologia illi praestat, ut corpori anima.

[7] *T. T.*, prolegom., f. *** v.

[8] *Ibid.*, f. * v.

[9] *Ibid.*, f. *** v.

[10] *F.*, p. v.

SEXTUS POMPEIUS FESTUS. Tantum autem profecimus ex huius praestantissimi scriptoris emendatione, ut ea e tenebris eruerimus, quae antehac nec nobis ipsi cognita fuerunt, nec temere apud ullum veterum reperias: tot nempe vetustatis veneranda monimenta, praesertim ex antiquissimo Romanorum tum civili tum pontificio iure: item ex Regiis legibus, ex duodecim Tabulis, ex antiquis foederibus, et aliis, quae enumerare labor esset. . . . Caeterum de utilitate huius libri nunc agere, quia declamationes non scribimus, inutile, ac supervacuum puto. Is est enim scriptor, qui omnium manibus quotidie teritur, et sine quo humanioris literaturae candidati ad perfectam Romanae antiquitatis cognitionem, quae sunt iuris nostri incunabula, pervenire non possunt: tot vetustatis thesauros, tantam copiam bonarum rerum in hoc instructissimo penu reconditam esse intelligunt. Quare celeberrimum scriptorem commendare, hoc esset plane laudare, quem nemo vituperat.[1]

See Paulus Diaconus.

FIRMICUS MATERNUS. Hominem ingratum.[2]

Tam Hellenismi, quam astrologiae se imperitum prodit. Nam quos Graecos auctores artis vertebat, eorum neque verba neque artem assecutus est.[3]

Firmicum non solum rerum caelestium, sed et linguae Romanae prorsus imperitum fuisse ex illis, quae in hoc libro disputabimus, aperiemus.[4]

FLORUS. Florus τερατολογίᾳ poëtica drama amplificat. *D. Brutus aliquando latius Gallaecos, atque omnes Gallaeciae populos, formidatumque militibus flumen Oblivionis, peragratoque victor Oceani litore, non prius signa convertit, quam cadentem in maria Solem, obrutumque aquis ignem non sine quodam sacrilegii metu et horrore deprehendit.* Putida, καὶ κακόζηλα sunt haec.[5]

Un tres bel Auteur.[6]

FULGENTIUS. Doctissimus Mythologus.[7]

GALEN. Intacta et laude Galenum.[8]

[1] *F.*, praef.
[2] *N. M.*, p. 385.
[3] *Ibid.*, p. 447. Cf. pp. 370, 385, 391.
[4] *Ibid.*, ed. of 1579, p. 251. Not in the 1600 edition.
[5] *T. T.*, animad., p. 146.
[6] *S. S.*, *s. v.* Histoire Ecclesiastique.
[7] *A. V.*, p. 269. Cf. *A. L.*, ii, 29.
[8] *P.*, p. 57.

AULUS GELLIUS. Est optimus Autor, infinita fragmenta habet, et propterea bonus. Caput illud de Legibus duodecim tabularum est optimum.[1]

GEMINUS RHODIUS. Praestantissimum scriptorem.[2]

Accuratissimus scriptor.[3]

Priscus et eruditus auctor.[4]

GEORGE SYNCELLUS. Latratoris.[5]

Odio Eusebii caecus.[6]

Eusebiomastrix.[7]

HARPOCRATION. Harpocration, Scholiastae Aristophanis, Apollonii, Thucydidis, Olynthiacarum Pindari, Nicandri, Arati, optimi; ut et Didymus, et Eustathius, optimi quoque.[8]

HEGESIPPUS. Supposititius ille Hegesippus auctor infimae vetustatis, qui sincerum vas Josephi incrustavit, non contentus verbis Josephi, . . . non veretur pannos suos purpurae Josephi assuere.[9]

HERMES TRISMEGISTUS. *See* Philo Judaeus.

HERODIANUS GRAMMATICUS. *See* Critics and Grammarians.

HERODOTUS. Historiae Graecae pater.[10]

Vetustissimus scriptor post poetas.[11]

Historiae parentem.[12]

Pater historiae.[13]

Pater historiae, et vetustissimorum scriptorum princeps, quo non capiuntur nisi elegantia ingenia, et quem Simioli non capiunt.[14]

Dulcissima illa τῆς Ἰάδος Μοῦσα, vetustissimus omnium solutae orationis scriptorum, qui hodie extant, scrinium originum Graecarum et barbararum, auctor a doctis nunquam deponendus, a semidoctis et paedagogis et simiolis nunquam tractandus.[15]

HESIOD. *See* Poetae Graeci.

HESYCHIUS. Eruditissimum Glossographum.[16]

1 *S. S.*
2 *N. M.*, p. 76.
3 *E. T.*, p. 60b.
4 *Ibid.*, p. 78d.
5 *T. T.*, notae, p. 410.
6 *T. T.*, animad., p. 64.
7 *Ibid.*, p. 66.
8 *S. S.*
9 *T. T.*, animad., p. 153.
10 *E. T.*, p. 59b.
11 *Ibid.*, p. 532b.
12 *T. T.*, animad., p. 4.
13 *Ibid.*, p. 57.
14 *Ibid.*, p. 89.
15 *Ibid.*, p.104.
16 *E.*, p. 216.

Hesychii et Erotiani Lexica ad Hippocratem intelligendum maximo erunt adjumento; quorum hic ex professo ipsius Hippocratis dictiones exactissime perpendit enarratque, ille vero fuit optimus Grammaticus.[1]

HILARY OF POITIERS. Le bel Auteur.[2]

HIPPARCHUS. Homo φιλελεγχότατος.[3]

Emendator errorum popularium Astronomiae.[4]

Hipparchus a fait sur Aratus, non en Grammairien, mais en Astrologue; il a de bonnes choses.[5]

See Mathematici.

HIPPOCRATES. Hippocratem divinum.[6]

HIPPOLYTUS ROMANUS. Un ignorant et fat Auteur.[7]

HOMER. *See* Poetae Graeci.

HORACE. Emendatissimus auctor, ut dicebat Augustus.[8]

Vide divinam Oden Horatii, quae omnes Pindaricas una provocat, *Qualem ministrum fulminis alitem*.[9]

HYGINUS. Summo Critico.[10]

See Critics and Grammarians.

IAMBLICHUS (the novelist). Futilibus amatoriis libris Iamblichi.[11]

IRENAEUS. Irenée a une grande simplicité.[12]

ISIDORE PELUSIOTA. Isidori Pelusiotae Epistolae, bonus liber. . . . Isidorum Pelusiotam tam amat Vulcanius, et tanti facit, cum sit parvi momenti et sufficiat semel legisse.[13]

ISIDORE OF SEVILLE. Non prorsus malum autorem.[14]

Nugis plurimis scatet.[15]

Doctis utilissimus est.[16]

Il a beaucoup de ratisseries, pauca bona, ut et Beda, qui tamen melius scripsit.[17]

JEROME. Antiquitatis et linguae Romanae peritus scriptor.[18]

Summo viro.[19]

[1] *P. S.*
[2] *S. S.*
[3] *N. M.*, p. 69.
[4] *E. T.*, p. 272c.
[5] *S. S.*
[6] *P.*, p. 57.
[7] *S. S.*
[8] *P. S.*
[9] *T. T.*, animad., p. 173.
[10] *Y. V.*, p. 19.
[11] *E.*, p. 686.
[12] *S. S.*
[13] *S. S.*
[14] *C. V.*, p. 50.
[15] *Op.*, p. 49.
[16] *P. S.*
[17] *S. S.*
[18] *F.*, p. lxxvi.
[19] *E. T.*, fr., p. 45. Cf. *T. T.*, animad., pp. 12, 182.

Sane si quis hodie ita, ut fecit Hieronymus, Graeca verteret, non dico ab alienis, sed ut Actaeon, a suis canibus mordicus discerperetur.[1]

Doctus ille Scripturae interpres.[2]

Doctissimus Hieronymus.[3]

Gerere annum aetatis an alius praeter Hieronymum dixerit, equidem non memini. Quod non monerem, nisi essent, qui Hieronymum inter eos ponerent, qui Latinissime loquuntur, in quibus familiam ducit Erasmus.[4]

Ejuscemodi multa tanto viro excidunt non ab inscitia, sed a properantia, quae est mater hallucinationum.[5]

Magno Hieronymo.[6]

Eruditissimo Hieronymo.[7]

Quod autem de Eusebio diximus, idem merito de magno Hieronymo arbitrari possumus, nullum de Latinis scriptoribus extare, cui plus debeant Ecclesiasticae literae, tam in iis, quae ad origines sacras, quam quae ad interpretationem divinorum librorum pertinent: neque illo saeculo magis idoneum interpretem nostro Eusebio contingere potuisse, quam eum, qui Eusebii studiosissimus, et eorum, quae ab Eusebio tractantur, peritissimus fuit. Atque utinam per ejus occupationes ista non dictare notario, sed scribere illi vacasset. Quod enim a multis vel invitatus, vel lacessitus respondere cogeretur, neque ulla ei a labore requies daretur, temporis autem jacturam vel minimam facere neque posset, neque vellet; apparet eum, quum hujus Chronici interpretationem dictaret, scriptioni aliarum rerum simul, et notario eodem tempore operam dedisse, ut propterea necesse fuerit, quaedam, quod vitari non poterat, tanto viro humanitus excidisse, quae hodie apud magistellos et Criticastros non venia, sed jurgiis et contumeliis, non ut hallucinationes, sed ut crimina exciperentur.[8]

Hieronymus n'estoit pas si sçavant, qu'on le dit; il estoit bien ignorant, et escrivoit à des bigotes de femmes: per nebulam tantum Hebraea novit. . . . Il est bon pour les choses qui se faisoient de son temps. . . . Il est meilleur pour des choses des Payens que pour la

[1] *T. T.*, animad., p. 11.
[2] *Ibid.*, p. 96.
[3] *Ibid.*, pp. 119, 125. Cf. *ibid.*, p. 117.
[4] *Ibid.*, p. 124.
[5] *Ibid.*, p. 140. Cf. *E. T. S.*, p. 66: tanto viro.
[6] *T. T.*, prolegom., f. **** r. Cf. *E. T. S.*, p. 231: maximus Hieronymus.
[7] *E. T. S.*, p. 65.
[8] *T. T.*, prolegom., f. *** 2r.

Theologie. . . . Hierosme estoit plus docte qu'Augustin, mais c'estoit un vray fou de Moine, qui a maintenu des choses fort absurdes. . . . Miserrime est commentatus in Prophetas.[1]

Epistola ad Dardanum. Est hominis barbari, et imperiti, non Hieronymi, cui injuria non parva fiat, si tam ineptum scriptum illi attribuatur.[2]

Epistola ad Pammachium. Epistola eruditissima.[3]

JOHN CHRYSOSTOM. Quantum virum! Cui profecto eloquentia, probitate, pietate parem alium nulla post aetas tulit.[4]

Ego studiosissimus illius Patris sum, tum quia nullus melior Novi Testamenti interpres, tum et propter miram dulcedinem et amoenitatem dictionis, quam post illum nullus Ecclesiasticus scriptor consequi potuit.[5]

Ego multum faveo Chrysostomo, propter illud flumen eloquentiae, quod nunquam lutulentum fluit, sed semper sibi simile est. Hoc tamen non possum dissimulare, quod in eo scriptore deprehendi, quum ab illis discessit, quae ad sacram paginam pertinent, nihil puerilius, ne dicam inscitius esse illo.[6]

Nullius veterum Patrum lectione magis afficior, tum propter inaffectatum dicendi characterem semper sibi similem; tum quia unicus est omnium veterum, cui probe nota fuerit mens totius Novi Instrumenti: in quo genere solus regnum obtinet. Nam in Veteris Instrumenti sensibus ut plurimum longe a recta veri regione vagari cogit Hebraismi inscitia et LXX. interpretum editio, quae quum sit longe mendosissima, tamen eam omnes veteres, quae illorum sinistra fuit κακοζηλία, non dubitant archetypis Hebraicis anteferre.[7]

Chrysostome le meilleur des Peres Grecs. . . . Infinita pulchra habet et optima in Novum Testamentum.[8]

JOSEPHUS. Diligentissimus καὶ φιλαληθέστατος omnium scriptorum.[9]

Scriptor, cuius diligentia et fides in notatione temporum spectatissima.[10]

1 *S.S.*

2 *T. T.*, animad., p. 169.

3 *Ibid.*, p. 6.

4 *Cast.*, praef.

5 *E.*, p. 676. Cf. *E. T. S.*, p. 214: omnium interpretum optimo.

6 *E.*, p. 217. *Op.*, p. 497, reads, after "pertinent," "Chrysostomum non agnosco."

7 *E.*, p. 236.

8 *S. S.*

9 *E. T.*, p. xvi.

10 *Ibid.*, p. xvii.

De Iosepho nos hoc audacter dicimus, non solum in rebus Iudaicis, sed etiam in externis tutius illi credi, quam omnibus Graecis et Latinis.[1]

Omnium scriptorum veracissimum et religiosissimum.[2]

Ille optimus scriptor.[3]

Scriptori eximio.[4]

Nunquam satis laudatus scriptor.[5]

Accuratissimus scriptor.[6]

Sunt enim vetustissimae mendae librariorum; cuiusmodi non paucis totus Iosephus scatet, non multum post saeculum Iosephi subortis.[7]

Fidissimus, diligentissimus, et eruditissimus scriptor.[8]

Praestantissimo scriptori.[9]

Summus vir.[10]

Quis veterum fide tanta usus sit in historia conscribenda, quam Josephus ?[11]

In Maccabaeos. Liber aureolus.[12]

JUSTIN MARTYR. Summi illi pietatis vindices, Justinus, Tertullianus, Lactantius.[13]

Est autem iste Christi Martyr omnium scriptorum Ecclesiasticorum, qui hodie extant, vetustissimus.[14]

See Clement of Alexandria.

JUVENAL. Juvenalis excellens, et où il y a de belles choses. Satyrae tragicae.[15]

Juvenal est un admirable Poëte, il y a de belles choses à dire là dessus: c'est un si beau Poëte au prix de Perse, qui s'est plû à escrire obscurement.[16]

LACTANTIUS. Il a bien parlé de ce temps que la Barbarie venoit, tempore Constantini![17]

See Justin Martyr.

[1] *E. T.*, p. xvii.

[2] *Ibid.*, p. xxiv.

[3] *Ibid.*, p. 107c. Cf. *ibid.*, p. 467c: optimo scriptore; *ibid.*, fr., p. 46: optimus ille scriptor.

[4] *Ibid.*, p. 534c.

[5] *Ibid.*, fr., p. 28.

[6] *Ibid.*, fr., p. 35.

[7] *Ibid.*, fr., p. 42. Cf. *ibid.*, fr., pp. 12, 42, 45.

[8] *Ibid.*, fr., p. 45.

[9] *Ibid.*, fr., p. 45. Cf. *E. T. S.*, p. 45: praestantissimum scriptorem.

[10] *Elench.*, p. 73.

[11] *E. T. S.*, p. 200.

[12] *E. T.*, p. 437a.

[13] *T. T.*, prolegom., f. * r.

[14] *T. T.*, animad., p. 219. Cf. *ibid.*, pp. 3, 132.

[15] *P. S.*

[16] *S. S.*

[17] *S. S.*

LUCAN. Si propius totum opus Lucani putare volueris, non solum nullam Astronomiae peritiam in eo homine reperies, sed et importune semper interiectam rerum coelestium mentionem, et levem, vanum, et ostentatorem illum iuvenem fuisse deprehendes. . . . An nescis iudicium, quod Critici non recentiores illi quidem, sed aequales illorum temporum, de Lucano fecerunt ?

Sunt quidam, qui me dicunt non esse poetam.[1]

Porro omnes auctores antiquitatis excutiat, ut sciat, qui progressus astronomiae apud Graecos fuerit, antequam Eratosthenes, Timochares, Hipparchus eam expoliverunt: ex illorum atque veterum collatis rationibus colligat, quos auctores Manilius et Lucanus legerint. Ita ne Lucano exiguam quidem partem astronomiae attribuet, non magis mehercule quam Manilio. Praeterea si Virgilium et antiquiores poetas legerit, vix est, ut medium locum, fortasse ne subsellia quidem Lucano in penetralibus poetices relinquat, ubi tot proceres Heliconis ante eum primas obtinere animadvertet.[2]

Eo calore . . . quo Lucanus versus suos effundebat.[3]

Lucain qui tue le lecteur de ses longues comparaisons, antithèses, déclamations, philosophie, astrologie, et, pour mieux parler, de son immodestie. Je ne nie point qu'il n'ait de bonnes choses, mais je nie qu'elles soient poétiques.[4]

Lucanus violentissimum et terribilissimum ingenium. Il en avoit trop, et ne se pouvant retenir, il n'a sceu que c'estoit que faire un Poëme.[5]

Nero oderat Lucanum, quia uterque erat Poëta. Principes docti oderunt doctissimos homines, amant tantum pedantes Magisterulos.[6]

See Ennius.

LUCILIUS. Doctos laceri Lucili . . . artus.[7]

LUCRETIUS. Lucretius, bonus liber est, nec melior alius Auctor linguae Latinae. Virgilius ab eo multa desumpsit.[8]

MACROBIUS. Plutarchum et eius simiam Macrobium.[9]

Sive hoc finxit ipse, ut veterum scriptorum alter fucus Solinus.[10]

Macrobii docta papyrus.[11]

[1] *E.*, p. 66.
[2] *E.*, p. 77.
[3] *Ibid.*
[4] *L. F. I.*, p. 284.
[5] *P. S.*
[6] *S. S.*, *s. v.* Nero.
[7] *P.*, p. 52: "In Lucilii Fragmenta collecta et edita a Francisco Dousa" (Leyden, 1597).
[8] *P. S.*
[9] *C. V.*, p. 41.
[10] *E. T.*, p. 176b.
[11] *P.*, p. 54.

MAMERTUS CLAUDIANUS. Mamertus in eruditissimo Panegyrico suo.[1]

MANETHO. O ingentem jacturam illarum Dynastiarum et Tomorum trium ipsius Manetho![2]

MANILIUS. Poète . . . fort obscur pour la matière qu'il manie, et aussi pour les énormes et innumerables faultes et transpositions par lesquelles il est miserablement gasté![3]

Grande poète.[4]

Poëtam eruditissimum.[5]

Cuius poëma Astronomicum quot versus habet, tot habet mendorum prodigia, quae nos, ut spero, omnia fere sustulimus.[6]

Disertissimo poeta.[7]

Praestantissimi scriptoris.[8]

Optimo scriptori.[9]

Divino prooemio [of bk. iv].[10]

Nota autem, candide Lector, fecunditatem ingenii poetae in istis morosis numeris concipiendis. Nescio, an Ovidio melius cessisset.[11]

Fuit Manilius imperitissimus earum rerum, quas tractabat, et quae ab aliis scripta legit, ea satis habuit sine delectu versibus concipere.[12]

Quod nemo illum poetam hactenus intellexerit, tam mihi constat, quam a nullo etiam peritissimo astronomo emendari potuisse. Astronomia enim parum apud eum nos iuvat; qui nec Astronomus semper est, et quem dolendum erat tam neglectum hactenus iacere.[13]

Manilium nullus fuit qui posset intelligere sicut ego, non enim describit Astronomiam hodiernam sed veterem. Oportet bene legisse Autores ut intelligatur.[14]

See Lucan.

1 *N. M.*, p. 456.

2 *T. T.*, animad., p. 125.

3 *L. F. I.*, p. 21.

4 *Ibid.*, p. 26.

5 *F.*, p. cxxxi. Cf. *A. L.*, ii, 31: eruditissimum poetam.

6 *A. L.*, ii, 3.

7 *A. L.*, ii, 31.

8 *N. M.*, p. 85.

9 *Ibid.*, p. 226.

10 *Ibid.*, p. 304.

11 *Ibid.*, p. 335.

12 *N. M.*, p. 370. Changed from the following in the edition of 1579 (p. 251): Videmus manifesto et Manilium et Firmicum homines ἀναστρολογήτους fuisse, ac eos sine ullo delectu ea, quae alii caelo conveniebant, Italico accommodasse.

13 *E.*, p. 152.

14 *S. S.*

MARCELLINUS COMES. Ille libellus est norma temporum a consulatu Ausonii ad ultima tempora Iustiniani.[1]

Illo eximio chronico consulari.[2]

MARCELLUS EMPIRICUS. Bonus auctor est.[3]

MARTIAL. Bono scriptore.[4]

Ego dico de Martiali quod ipse dixit de se ipso:

> Sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt mala plura,
> Quae legis, atque aliter non fit, Avite, liber.[5]

MARTIANUS CAPELLA. Barbarus scriptor.[6]

MATHEMATICI. Aristarchus . . . Hipparchus . . . Ptolemaeus . . . tres illos summos mathematicos.[7]

MAXIMIANUS. Barbari poetae.[8]

MAXIMUS MONACHUS. *See* Bede.

MEGASTHENES. Eximius scriptor.[9]

Exstat Megasthenis vetustissimi Persicarum rerum scriptoris fragmentum elegantissimum.[10]

See Berosus.

METON. Ut tunc captus erat Graecorum, insignis mathematicus floruit ineunte bello Peloponnesiaco, vir non solum peritia motuum coelestium, sed et aquiliciis, et librationibus nobilis.[11]

MUSAEUS. N'est pas cet ancien qui estoit du temps d'Homere. Mon pere a plus fait d'estat de Musaeus qu'il ne falloit; il le prefere à Homere. Il ne s'entendoit pas bien à la poësie Grecque. Musaee a un style de Sophiste, non pas pompeux comme Nonnus.[12]

See Poetae Graeci.

MYTHOLOGI. Nullus modus nugandi, nullus pudor horas in his perdendi fuit Graeculis illis, qui nihil disertum sine mendacio esse putarunt.[13]

NICANDER. *See* Critics and Grammarians, Pindar.

NICEPHORUS PATRIARCHA. Auctor levissimus.[14]

NICOLAUS OF DAMASCUS. Praeclarum de regibus Damascenis fragmentum.[15]

1 *E. T.*, p. 513a.
2 *Ibid.*, p. 515a.
3 *P. S.*
4 *E.*, p. 353.
5 *P. S.*
6 *A. V.*, p. 53.
7 *E. T.*, p. 282b, c.
8 *Y. V.*, p. 22.
9 *E. T.*, p. xxxiv.
10 *Ibid.*, p. 582b.
11 *Ibid.*, p. 72d.
12 *S. S.*
13 *T. T.*, animad., p. 49.
14 *Ibid.*, p. 242.
15 *E. T.*, fr., p. 47.

NONIUS. Quem constat multis locis offendisse.[1]

NONNUS. *See* Musaeus, Poetae Graeci.

NOTITIA DIGNITATUM. O le bon livre que Notitia Imperii Romani![2]

OCELLUS LUCANUS. Un bien joly livre.[3]

OCTAVIA. *See* Seneca.

ONOMACRITUS. *See* Poetae Graeci.

OPPIAN. Egregium poetam.[4]

Oppianus et Dionysius elegantissimi poëtae.[5]

See Poetae Graeci.

OPTATIANUS. Publilii Optatiani Porphyrii poëtae Panegyricus . . . extat hodie, fastidiosae et putidae περιεργίας opusculum, illis mirandum, qui operosas nugas amant.[6]

ORIGEN. Origene a eu de terribles resveries. . . . Origenes optime scripsit contra Celsum, sed reliqua nihil valent. Il a un beau sens; sed imperitus fuit, et magna fuit autoritate in Ecclesia. Hieronymus quidquid dicat fuit Origenista. Eusebius etiam, et Arianus simul. Ruffinus, ce vilain maraut, scripsit Apologiam pro Origene.[7]

OROSIUS. Non pauca sunt apud Orosium in ratione temporum ἀλογιστήματα.[8]

Solum Latinum Eusebii Chronicon legerat, neque illos summos scriptores, [Strabonem, Berosum, Megasthenem,] fortasse ne de nomine quidem, aut saltem nomine tenus noverat. Nam Graeci sermonis imperitus fuit, utilis alioquin auctor, et valde necessarius.[9]

Multa mendorum portenta sunt apud illum scriptorem.[10]

Absurde vero Babylonem captam ante Lydos subactos refert Paulus Orosius, auctor alioquin valde bonus.[11]

OVID. Doctissimum poetam.[12]

Ovidii facilitas est inimitabilis.[13]

Sed quomodo de poëtis judicare possunt aversa a Musis pectora, quum magni nominis vir Petrus Victorius de Ovidio non veritus sit dicere eum ut oratione ac versibus, ita vita et moribus enervatum? Deinde dicit improbe ab illo dictum, munera placare deos et homines,

1 *V. V.*, p. 26.
2 *S. S.*
3 *S. S.*
4 *C. V.*, p. 218.
5 *T. T.*, animad., p. 228.
6 *Ibid.*, p. 250.
7 *S. S.*
8 *T. T.*, animad., p. 49.
9 *Ibid.*, p. 64.
10 *C. I.*, p. 321.
11 *Ibid.*, p. 323.
12 *F.*, p. clvii.
13 *S. S.*

et tamen a Platone prius dictum. Hoc modo non solum Ovidius, sed et Plato improbus fuerit. Sine contumelia hoc dictum velim, Ovidium meliorem poëtam, quam ipsum poëtarum censorem fuisse. Non longe ab hac temeraria sententia discedit Dionysius Lambinus, qui imperitissime eum malum Latinitatis auctorem vocat.[1]

PACATUS. Drepanius Pacatus Nitiobrix in suo divino Panegyrico.[2]

PACUVIUS. Pacuvius acer.[3]

PALAEPHATUS. *See* Critics and Grammarians.

PANODORUS. Chronologi eruditi.[4]

See Anianus.

PAULINUS OF NOLA. Elegantissima est eiusdem epistola Christiana ad eundem, quae incipit, *Quid abdicatas*.[5]

PAULUS DIACONUS. [Veteres Epitomarum concinnatores] ut ego valde improbo, ita etiam ut omnibus modis improbandum inter eos pono Paulum Diaconum Longobardum, hominem, meo iudicio, confidentissimum, ac, uti res ipsa docet, ineptissimum. Is . . . captus a Carolo Magno Imperatore, magnam et a victore, et a posteritate se initurum gratiam putavit, si Sex. Pomp. Festum, quo scriptorem utiliorem lingua Latina non habet, mutilaret, et tanto posteritatis damno se a victore redimeret. Parum abest, quin merito factum dicam. Festum enim, qui Verrii Flacci libros breviasset, aequo animo debuisse ferre, si quomodo ipse Verrium tractaverat, similiter ipse ab isto Paulo acciperetur. Hoc unum excipio: si Festo hoc modo pereundum fuit, digniorem arborem, ut est in proverbio, suspendio deligendam fuisse. Nihil enim illi peius potuisse accidere, quam quod in huius Pauli manus inciderit. Qui eum ita foede laniavit, atque inhonestis vulneribus confecit, ut cadaver pro homine, truncum pro corpore, semianimem pro vivo nobis reliquerit. Itaque hominis prodigiosos errores, atque crassam ignorantiam deteximus.[6]

Festi mutilator.[7]

Monstrum hominis.[8]

PAULUS SILENTIARIUS. Usus est vitio saeculi sui, quae tamen virtus erat, strepitus verborum, ambitus sententiarum, compositio

[1] *C. F. B.*, pp. 241 f.
[2] *N. M.*, p. 436.
[3] *P.*, p. 47.
[4] *T. T.*, notae, p. 419.
[5] *A. L.*, ii, 16.
[6] *F.*, praef.
[7] *C. V.*, p. 75. Cf. *ibid.*, p. 180: mutilator Festi; *F.*, p. vi: mutilator.
[8] *F.*, p. clxi.

dithyrambis audacior. Eiusmodi est ἔκφρασις ista. Quod uno verbo exponere poterat, maluit binis, trinis versiculis producere. Me quidem ista non offendunt, qui saeculi morbum novi. Sed qui nihil, praeter illos veteres legerit, quum ad haec se contulerit, tres continuos versus non patienter leget. Iuvat tamen nos, quod templi illius augustissimi adyta omnia nobis reseravit, ut illi gratias non tanquam poetae sed tanquam historico agamus.[1]

PERSIUS. Persius affectavit obscuritatem, et caecus dicitur a poëtis; Luciliano more scribit. C'est un pauvre poëte, lequel pourtant nous entendons tout.[2]

Persius, miserrimus autor, obscuritati studet; non pulchra habet, sed in eum pulcherrima possumus scribere.[3]

Iosephus Scaliger Isacio Casaubono suo S. Tandem exoptatissimus Persius tuus nudiustertius mihi redditus fuit: atque adeo totus sum in eo legendo. Si qui sunt, ut sane non pauci sunt, qui ad illius poetae adyta penetrasse putent, tuo Commentario moniti tam ab eo abesse fateantur necesse est, quanto propius sese accessisse putabant. Quanto in pretio is auctor olim fuerit, Quintilianus et Martialis testes sunt. Ego tamen, quamvis serio illius lectioni olim operam dederim, numquam caussam aut argumentum inde haurire potui, cur mihi persuaderem tanti faciendum, quanti fieri ab omnibus videbam. Tu luculenta illa explanatione fecisti, ut mihi non solum magnus propter se, sed et melior propter te videatur. Atque ut fatear mihi non visum, qui ultra sensum grammaticum exponi mereretur, nunc tamen plus meruisse fateor, quia et te interpretem nactus est, et si te non habuisset illustratorem sui, alium habiturus non esset. Qui enim hactenus illi manus admoverunt, operam luserunt. Quantus quantus tamen est ille, quoties Commentarium tuum considero, pluris condimentum esse videtur, quam pulpamentum. Tu illi scriptori animam dedisti, et apud admiratores suos effecisti, ut alia parte admirandus sit, quam qua ipsi censuerunt.[4]

See Juvenal.

PETRONIUS. Si enim is scriptor indignus est, qui tenerae aetati committatur, at non dignus, qui pereat tamen.[5]

PHAEDRUS. Phaedrus est un joly auteur, et Symposius aussi.[6]

[1] *E.*, pp. 487 f.
[2] *P. S.*
[3] *S. S.*
[4] *E.*, p. 254: 28 Mar. 1605.
[5] *C. F. B.*, p. 359.
[6] *S. S.*

PHILO JUDAEUS. [Platonis] aemulum, magnum imprimis virum.[1]

'Ελληνιστής, et Hebraismi penitus imperitus.[2]

Fuit ille Hebraismi imperitissimus. Atque adeo, ut tirunculi Christianorum, nedum Iudaeorum, possint eum in partes vocare.[3]

Mirabilis auctor est et lectione dignissimus. Mirabilior et antiquissimus Pimander Mercurii Trismegisti. Hebraïsmi tamen adeo imperitus fuit Philo ut tirunculi Christianorum, nedum Judaeorum, possint eum in partes vocare.[4]

Nemo, qui Philonem legerit, ignorare potest, illum Hebraïsmi imperitissimum fuisse: ideo an ullum scriptum sacrorum Bibliorum metricis legibus conceptum sit, illi non magis exploratum fuisse, quam qua lingua Hyperborei uterentur.[5]

Quod Philonem tantopere laudet, idem mecum facit, siquidem cum exceptione. Scripta enim ejus pigmentis Platonicis condita, et multis luminibus Hellenismi lita esse nemo negaverit: sed summam Hebraismi in illo imperitiam esse qui non deprehendit, ac propterea eum oportere doctissimum Hebraice fuisse putat, quia Judaeus fuit, is multum fallitur.[6]

PHRYNICHUS. De Phrynicho et Thoma Magistro memineris. Non habemus hodie Hellenismi meliores magistros.[7]

PINDAR. Pindare a beaucoup de mots qu'on ne trouve point ailleurs, mais habebat ex usu, et ne les recherchoit pas, comme faisoit Nicandre et Callimaque, qui prenoient plaisir à prendre et à choisir les plus obscurs antiques, et ineptes de tous. Pindare avoit ses mots de soy, non des autres.[8]

PLATO. Culti Platonis.[9]

See Ovid.

PLAUTUS. Plautus et Terentius optimi auctores linguae Latinae, quorum phrasi loquendum est.[10]

Plaute observe numeros in versibus, alioqui non essent versus.[11]

Friderico Taubmanno S. Tuum Plautum accepi. . . . Habeo igitur illum comicum, non solum, ut antea, comitem, sed etiam magis-

[1] *C. V.*, p. 72.
[2] *E. T.*, fr., p. 48.
[3] *E.*, p. 89.
[4] *P. S.*
[5] *T. T.*, animad., p. 7.
[6] *E. T. S.*, p. 199.
[7] *E.*, p. 675.
[8] *S. S.*
[9] *P.*, p. 118.
[10] *P. S.*
[11] *S. S.*

trum: quia ex tuo Commentario non minus doctus, quam ab eius lectione hilaris, fieri possum.[1]

PLINY MAJOR. Eruditissimi scriptoris.[2]

Mentem Plinii, hoc est, Latinitatem ipsam.[3]

Cui viro? Sane tanto, ut non mirum sit, si vulgus illum improbet, cum minime auctor vulgaris sit.[4]

Maximi scriptoris.[5]

Viro summo domi militiaeque.[6]

Hoc tene, Plinium eruditissimum suae aetatis hominem, Latinae elegantiae observantissimum, non mirum aliquando in vertendis Graecis hallucinari. Hoc non solum illi, sed et Ennio, Attio, Ciceroni accidit. At quibus viris! qui sunt columina priscae Latinitatis.[7]

Verum est . . . non intellexisse Plinium quae scriberet. Non quia potuerit si licuisset, sed quod non vacaret homini et urbanis et militaribus rebus districto.[8]

Homini non . . . Graecarum literarum imperito, sed qui melioribus occupatus, statim de mendo iudicare non potuit.[9]

Neque vero novum est, Plinium in reddendo Aristotele aut Theophrasto offendere, cum hoc sexcentis locis commiserit. Quod utique non Plinii inscitiae attribuendum, sed eorum negligentiae, qui excerpta ex autoribus mala fide descripta ad eum deferebant, ut in ordinem ab eo digererentur. Ita enim opus suum eruditissimum magna ex parte composuit vir ille nunquam satis laudatus. Quare errores in Plinio notamus, qui non sunt Plinii, sed amanuensium.[10]

Plinius ἱστορικῶς tantum φυσικά, ut et alia fere omnia tractavit, nil exacte: sed optimus auctor est, minimeque vulgaris; ideo non mirum, si tantum auctorem vulgus improbet. . . . Accuratus Plinii lector deprehendet ipsum Plinium omnia quae ex variis auctoribus excerpebat ordine litterarum vel alphabetico in sua digessisse adversaria, neglecto ordine naturali qui potior erat: ut scilicet quaerenti nullus esset labor reperire quae vellet: sic urbes saepenumero et situs locorum, non ordine, sed litterarum serie describit: ita gemmas, ita herbas ipsas,

1 *E.*, pp. 787 f.: 13 March 1606.
2 *E.*, p. 96.
3 *Ibid.*
4 *E.*, p. 97.
5 *Ibid.*
6 *E.*, p. 99.
7 *Ibid.*, p. 106.
8 *Ibid.*, p. 114.
9 *Ibid.*, p. 110.
10 *Y. V.*, p. 10.

quia sic in adversariis repererat. Propterea immiscuit haec simul et multa confudit vir doctissimus, urbanis et militaribus rebus districtus.[1]

C'est un beau livre, mais les Pedans n'en sçavent rien.[2]

See Critics and Grammarians.

PLUTARCH. Gravissimus scriptor.[3]

Plutarchus harum rerum [4] ubique sese imperitissimum prodit.[5]

Plutarchus, qui . . . non raro in his rebus [4] hallucinatur.[6]

Summus enim ille scriptor in his rebus [4] puer est.[7]

Totius sapientiae ocellus.[8]

Aulicis tantum scripsit, non doctis.[9]

POETAE GRAECI. Ut anni, sic poeseos Graecae quatuor tempestivitates fuisse animadverti. Prima fuerit illa, in qua principes Homerus et Hesiodus. Hanc potes iudicare atque adeo vocare ver poetices, pubertatem potius, quam infantiam. Excipit eam aestas non fervida quidem, sed quae ex illo vere vestigia non obscura retinuit, in qua Onomacritus, Solon, Tyrtaeus, et quisquis fuit auctor *τῶν ἠοίων, καὶ τῆς ἀσπίδος*, quam praepostero iudicio Criticorum natio Ascraeo illi attribuit. Autumnus ab aestate non degenerans praestantissimos homines extulit, sed maiorem partem Grammaticos, in quibus *τὴν πλειάδα* ponas licet. Quid ingeniosius Callimacho, quid Apollonio pressius, quid Theocrito amoenius? Hactenus bene cum Musis agebatur. Initium hiemis suaves foetus protulit, Dionysium *τὸν περιηγητὴν*, quem cum poetis *τῆς πλειάδος* contendas licet, et Oppianum longe illi dissimillimum, quem nimis floridus character non passus est sese intra modum continere. Sed posterioris saeculi poetae, dum illam ubertatem affectant, nihil praeter strepitum verborum, et ampullas attulerunt. Qui in hoc genere licentius velificati sunt, primas obtinet Nonnus ille Panopolitanus, cuius redundantiam in Dionysiacis excusaret materia, nisi in Evangelii paraphrasi maiorem immodestiam, ut ita loquar, professus esset. Eum ita soleo legere, quomodo mimos spectare solemus, qui nulla alia re magis nos oblectant, quam quod ridiculi sunt. Parcior et castigatior quidem Musaeus, sed qui cum illorum veterum frugalitate comparatus, prodigus videatur.

[1] *P. S.*
[2] *S. S.*
[3] *E. T.*, p. 30c.
[4] I.e., mathematical chronology.
[5] *E.T.*, p. 35b.
[6] *Ibid.*, p. 46b.
[7] *Ibid.*, p. 237b.
[8] *P. S.*
[9] *P. S.*, *s. v.* Cicero.

Neque in hoc sequimur optimi parentis nostri iudicium, quem acumina illa et flores declamatorii ita caeperunt, ut non dubitarit eum Homero praeferre.[1]

POLYBIUS. Quam multa divina quae ad rem militarem pertinent, ad eum scriptorem dici possunt! Vix tres puto hodie extare in Europa, qui virtutes Polybii digito designare possint. Felicem illum, qui in tuas manus inciderit. Non enim paedagogorum, qui nullum actuosae vitae usum, neque politicorum, qui nullum literarum habent, manibus terendus erat.[2]

Gravissimo scriptore.[3]

PORPHYRY. Impius quoque Porphyrius.[4]

Docti sycophantae.[5]

PRISCIAN. Doctissimus Grammaticus.[6]

Optimo Grammatico.[7]

PROCLUS. Un fort bon auteur.[8]

PROCOPIUS. O le bel historien que c'est![9]

PROPERTIUS. Praestantissimi poetae.[10]

See Catullus, Tibullus, Propertius.

PROSPER AQUITANUS. Vir sui saeculi eruditissimus.[11]

PRUDENTIUS. Bonus poëta.[12]

See Claudian.

PSEUDOPHOCYLIDES. Carmen νουθετικὸν nomine Phocylidis hodie in manibus habetur omnium. Sed nemo animadvertit nihil in eo esse, quod ad illius veteris Phocylidis exemplum expressum sit, quantum ex illis, quae ejus hodie supersunt, reliquiis odorari possumus. . . . Neque vero puto ullius veterum carmen extare, quod cum Poësi hujus Phocylidis (si modo ei id nomen fuit) aut elegantia, aut nitore, aut cultu verborum conferri possit.[13]

PTOLEMY. Optimum Commentarium Cl. Ptolemaei de inerrantium stellarum significationibus.[14]

1 *E.*, pp. 486 f.: 20 Nov. 1607; to Salmasius.
2 *E.*, p. 281: 1 Jan. 1606; to Casaubon.
3 *E.*, p. 284.
4 *T. T.*, animad., p. 3.
5 *Ibid.*, p. 11.
6 *F.*, p. vii.
7 *C. F. B.*, p. 242.
8 *S. S.*
9 *S. S.*
10 *Cast.*, p. 160.
11 *T. T.*, animad., p. 8.
12 *P. S.*
13 *T. T.*, animad., pp. 95 f.
14 *E. T.*, p. 235d.

Astronomiae Apollo.[1]

Mirabilis Ptolemaeus.[2]

See Mathematici.

PUBLILIUS SYRUS. Syrus *Mimus* praestantiora habet quam reliqui Philosophi.[3]

RUFINUS. Auctore futilissimo.[4]

Haec supplevimus ex Ruffino, quem scriptorem raro cum fructu, rarius sine indignatione legas.[5]

Adferrem huc interpretationem Ruffini, ut lector videat quam vetustae sint mendae, quae huic praestantissimo scriptori [6] inoleverunt; si sine stomacho imperitissimum illum interpretem legere possem: cuius tamen tanta impudentia fuit, ut cum summo viro Hieronymo manum conserere non dubitarit. Sed ut paucos Hieronymos haec aetas habeat, non desunt tamen hodie Ruffini multi.[7]

Mos est Rufino omittere, pervertere, mutare ex animi libidine.[8]

Ut tolerabilius ea verterit Rufinus, interpres alioqui barbarus et imperitus.[9]

Quis ignorat inscitiam Rufini ? [10]

Ruffinus quamvis Graece loqueretur, non intelligebat tamen Graeca quae legebat.[11]

See Origen.

RUTILIUS NAMATIANUS. In aureolo suo itinerario.[12]

SALLUST. Ille maximus Atticismi captator.[13]

Saluste a esté perdu par ingratitude, car il estoit fort petit, et n'avoit fait que cinq livres; le pire est gardé, le meilleur est perdu.[14]

SALVIAN. Christianissimum scriptorem.[15]

Gaudeo non solum, Salvianum tibi placuisse, sed et iudicium nostrum de illo voluptate illa quam in eius lectione percepisti comprobatum fuisse.[16]

Le beau livre que c'est, et une belle simplicité.[17]

[1] *E. T.*, p. 74b.
[2] *Ibid.*, p. 327b.
[3] *S. S.*
[4] *E. T.*, fr., p. 10.
[5] *Ibid.*, fr., p. 35.
[6] Josephus.
[7] *E. T.*, fr., pp. 45 f.
[8] *T. T.*, animad., p. 192.
[9] *Ibid.*, p. 197.
[10] *Ibid.*, p. 225.
[11] *S. S.*
[12] *T. T.*, prolegom., f. ** 4r.
[13] *N. M.*, p. 172.
[14] *S. S.*
[15] *N. M.*, p. 448.
[16] *E.*, p. 733: 5 Nov. 1605; to Jean de Laet.
[17] *S. S.*

SANTRA. *See* Critics.

SCHOLIASTS. *See* Harpocration.

SCRIPTORES HISTORIAE AUGUSTAE. Verum est, nihil esse inquinatius; sed multa habent, quae illos commendent.[1]

SENECA. Seneca moralis philosophiae primas tenet, dignissimus qui semel atque iterum legatur, et fideli memoriae commendetur.[2]

Seneca Poëta bonus auctor est; tamen tragoediarum character non est exigendus ad veterem cothurnum. Novus character est a temporibus Augusti.[3]

Certe non possum satis mirari iudicium, quod de illis Tragoediis [Lipsius] dedit. . . . Deum immortalem, quid de omnium Principe Tragoedia Troade sentit ? Et cui persuadebit diversos esse auctores ? Ego illarum novem unum genium, atque ideo unum parentem agnosco, ne frustra sit. Octavia neque inepta est, ut ille putat, neque futilis auctoris, aut sub Domitiano viventis. Quid ? quantum intervallum est inter tempora Neronis et Domitiani ? Tam paucis annis defecisset eloquentia Romana ? Ego video auctorem Octaviae, ipsius Octaviae domesticum et Senecae amicum fuisse: et optimum poema esse.[4]

Maximus ille Criticus, quam pueriliter de Tragoediis Senecae iudicat! Lipsium dico. Divinam Tragoediam Troadas magistelli potius quam Senecae opus esse sciscit. In hoc qui illi assensum accommodet, praeter imperitos harum rerum, reperiet neminem. Nam illa Tragoedia est princeps omnium Senecae, quas novem asserimus esse. Octaviam autem Memoris fratris Turni esse non dubitamus.[5]

Quid ? Suadae medulla [6] Troada divinam Senecae Tragoediam trivialis poëtae foetum dixit, quae reliquarum Senecae princeps est, et verus illius summi scriptoris partus, atque a Prisciano optimo Grammatico ei attribuitur, quam non Troada, sed Ecubam vocat.[7]

Seneque est le premier en son rang. . . . De remediis fortuitorum non est Senecae, sed Senecae collectorum. Epistolae Senecae ad Paulum sunt antiquae; citantur ab Hieronymo; non sunt confictae a monachis, quia tunc non erant.[8]

Hercules Furens. Apud Euripidem tragoedia est huic affinis et argumento et nomine; oeconomia partim similis, partim dissimilis.

[1] *E.*, p. 198. [2] *P.S.* [3] *P.S.*
[4] *E.*, p. 706: 30 May 1602; to Jan Gruter.
[5] *E.*, p. 488: 20 Nov. 1607; to Salmasius.
[6] Justus Lipsius. [7] *C.F.B.*, p. 242. [8] *S.S.*

Velitatio Amphitryonis cum Lyco apud utrumque paria facit: sed in decore personae Amphitryonis longe inferior Seneca, ut in multis aliis. Reliqua studiosi inter se contendere possunt.[1]

Thebais. Haec fabula est . . . totum scholasticum drama, declamatorio charactere, multa putida sunt et affectata.[2]

SENECA RHETOR. Les Controverses de Seneque sont tres-belles. O si integras haberemus! divinum opus est.[3]

SERVIUS. Eruditissimus interpres Virgilii Servius, cuius commentariorum tantum hodie cadaver habemus monachorum barbarie ac spurcitia contaminatum.[4]

Doctissimum grammaticum.[5]

Magnus ille Virgilii interpres.[6]

SIDONIUS APOLLINARIS. Summi viri.[7]

SILIUS ITALICUS. C'est un naquet de tripot, et n'en dirai aultre chose.[8]

Silius Italicus, Cuisinier. Dixit quod alii omnes et male; non bonus auctor, legendus tamen ut vetus.[9]

See Ennius.

SISENNA. *See* Critics, Critics and Grammarians.

SOLINUS. Simia et fucus Plinii.[10]

Veterum scriptorum . . . fucus.[11]

Auctorem levissimum.[12]

See Macrobius.

SOLON. *See* Poetae Graeci.

SOPHOCLES. Sanum et sobrium poetam, et qui sane principem locum in theatro Graeco obtinet.[13]

Sophoclaei carmen regale cothurni.[14]

Sophocle est admirable; c'est primus Poëta Graecus, et fere Virgilium superat. Philoctetes quam divina Tragoedia! Tam sterile argumentum adeo bene amplificatur, et Oedipus Tyrannus quam paucas habet personas, quam pulcherrimus! Lors que j'avois 18 ou 20 ans, j'avois fort bien leu mes trois Tragiques; qui bene legerit, multum

[1] *Op.*, p. 299.
[2] *Ibid.*, p. 304.
[3] *S. S.*
[4] *C. V.*, p. 252.
[5] *Ibid.*
[6] *F.*, p. xxxvii.
[7] *E. T.*, p. 613d.
[8] *L. F. I.*, p. 284.
[9] *P. S.*
[10] *Y. V.*, p. 11.
[11] *E. T.*, p. 176b.
[12] *T. T.*, notae, p. 424.
[13] *C. V.*, p. 146.
[14] *P.*, p. 54.

profecit in Graecismo; quam multae praeclarae Sophoclis Tragoediae interierunt.[1]

STATIUS. Quant à moi je l'estime le premier poète *epicus* après Virgile, et il ne déclame point comme Lucain.[2]

See Ennius.

STEPHANUS BYZANTIUS. *See* Critics and Grammarians.

STRABO. Eruditus scriptor.[3]

Diligentissimus scriptor.[4]

SUETONIUS. Tam accuratum scriptorem.[5]

Accuratissimi scriptoris.[6]

In Suetonio, quem hic sequitur Hieronymus, non pauca ejuscemodi παροράματα deprehendimus, eximio alioqui et utilissimo scriptore, cujus omnes libros extare pluris interesset reipubl. literariae, quam multos, quibus aequo animo careremus, si illis potiremur.[7]

SULPICIA. Romana Sappho.[8]

SULPICIUS SEVERUS. Ecclesiasticorum purissimus scriptor.[9]

Elegantissimus scriptor.[10]

Dignus sane, qui vel eo nomine legatur, quod supra saeculi sui captum loquitur Latine.[11]

SYMMACHUS. Symmachus ne vaut rien que pour le droit de Theodose, il est bon de le lire une fois, mais non plus.[12]

SYMPOSIUS. *See* Phaedrus.

SYNESIUS. Il y a de belles choses dans les lettres de Synesius.[13]

TACITUS. Quis credat, nisi qui in ratione temporum, et historia externa Corn. Tacitum non semel, neque leviter peccasse meminerit?[14]

L. TARUTIUS FIRMANUS. Tantus vir.[15]

TATIAN. Auctor priscus et eruditus.[16]

Unico pulcherrimo quidem illo [libro].[17]

[1] *S. S.*
[2] *L. F. I.*, pp. 283 f.
[3] *C. V.*, p. 104.
[4] *N. M.*, p. 236.
[5] *Ibid.*, p. 163.
[6] *E. T.*, p. 468a.
[7] *T. T.*, animad., p. 155.
[8] *A. V.*, p. 137.
[9] *E. T.*, p. xxiv.
[10] *Ibid.*, p. 583b. Cf. *T. T.*, animad., p. 217: elegans scriptor; and *E.*, p. 544: Sulpitii Severi elegantissimum Chronicon.
[11] *E.*, p. 559.
[12] *S. S.*
[13] *S. S.*
[14] *T. T.*, animad., p. 189.
[15] *E. T.*, p. 396b.
[16] *Ibid.*, p. 401d.
[17] *T. T.*, prolegom., f. * v.

Sapientissimi scriptores, Tatianus, Clemens Alexandrinus, Africanus, Tertullianus, Eusebius, aliique.[1]

TERENCE. *See* Aristophanes, Plautus.

TERENTIANUS MAURUS. Politissimus et eruditissimus Grammaticus.[2]

Doctissimus et suavissimus Grammaticorum.[3]

Q. TERENTIUS SCAURUS. Optimum et vetustissimum Grammaticum.[4]

See Critics and Grammarians.

TERTULLIAN. Eruditissimum scriptorem veterem.[5]

Optimo scriptore.[6]

Disertissimus ac eruditissimus scriptor.[7]

Tertullianus semper in manibus habendus, accurateque legendus est, tum propter linguae Romanae proprietatem, tum propter disciplinarum ac litterarum omnium cognitionem; fuit enim Doctor omniscius et argutus, qui illotis manibus tractandus non est, nec obiter legendus; ubique enim remoratur lectorem. Tertullianus certe excellentissimus auctor est in omnibus.[8]

Acutissimus et eruditissimus ille Poenus.[9]

Tertullien estoit bien docte, mais il n'alloit pas voir les Auteurs; il se fioit à ses predecesseurs et les citoit de là, comme d'Irenée, Justin Martyr, qui a esté tres-docte; comme aussi saint Clement Alexandrin qui a esté tres-docte, mais non pas beaucoup au Christianisme.[10]

See Justin Martyr, Tatian.

THEOCRITUS. *See* Poetae Graeci.

THEODORET. Le meilleur Theologien des anciens Grecs.[11]

THEON OF ALEXANDRIA. Summum virum.[12]

THOMAS MAGISTER. *See* Phrynichus.

TIBULLUS. Suavissimi Poetae.[13]

Nemo est, qui non eum se intelligere credat. Quia enim character eius planus ac minime morosus est, propterea omnem dubitationem sustulit posse aliquid, quod legenti negotium facessat, in eo reperiri.

1 *Elench.*, p. 77.
2 *A. V.*, p. 219.
3 *T. T.*, animad., p. 117.
4 *Ibid.*, p. 114.
5 *C. V.*, p. 242.
6 *A. V.*, p. 191.
7 *F.*, p. xxviii.
8 *P. S.*
9 *T. T.*, prolegom., f. * 2r.
10 *S. S.*
11 *S. S.*
12 *E. T.*, p. 74b.
13 *A. V.*, p. 210.

Atqui aliter se rem habere, ipsa editione, quam primum nunc nova incude recudimus, omnibus testatum esse volo.[1]

See Catullus, Tibullus, Propertius.

TRYPHON. *See* Critics and Grammarians.

TYRTAEUS. *See* Poetae Graeci.

TZETZES. Homo gloriae et vanitatis Graecanicae plenus.[2]

Doctus Graeculus, sed ventosae ostentationis homo.[3]

Graeculus.[4]

Tzetzes cum Lycophrone, bonus.[5]

ULPIAN. Maximus vir.[6]

VALERIUS FLACCUS. Après Statius, Valerius Flaccus peust tenir rang.[7]

VALERIUS MAXIMUS. Ineptus affectator sententiarum, quanquam non inutilis propter exempla.[8]

Equidem multa notavi apud Val. Maximum non bene Latina, multa etiam inepte affectata, optimum alioqui et utilissimum scriptorem, et quem extare plurimum reip. literariae refert.[9]

VARRO. M. Varronis elegantia et nitore.[10]

Politissimo scriptore.[11]

Tanto scriptore.[12]

Politissimum scriptorem, atque adeo Latinae linguae columen.[13]

Norunt studiosi omnes, quis et quanti pretii sit Varro in Etymologiis.[14]

Togatorum doctissimo.[15]

Unicum Varronem inter Latinos habemus, libris tribus de Re Rustica qui vere ac μεθοδικῶς philosophatus sit; imo nullus est Graecorum, qui tam bene, inter eos saltem qui ad nos pervenerunt. O excellens opus, ex quo qualia ejus reliqua erant opera conjectare quivis potest! Sed quod mirum, non minus in poësi valuisse, fragmenta poëmatum indicant.[16]

See Cato, Critics, Critics and Grammarians.

[1] *Cast.*, p. 105.
[2] *C. V.*, p. 42.
[3] *T. T.*, animad., p. 121.
[4] *Ibid.*, p. 201.
[5] *S. S.*
[6] *C. V.*, p. 132.
[7] *L. F. I.*, p. 284.
[8] *A. V.*, p. 248.
[9] *T.T.*, animad., p. 142.
[10] *C. V.*, p. 193.
[11] *Ibid.*, p. 226.
[12] *Ibid.*, p. 226.
[13] *Ibid.*, p. 251.
[14] *E. T.*, p. 174d.
[15] *Ibid.*, p. 367c. Cf. *Y. V.*, p. 26: doctissimus togatorum; *R.N.*, col. 1532a: doctissimo togatorum.
[16] *P. S.*

VELLEIUS PATERCULUS. Optimus scriptor.[1]

AURELIUS VICTOR. Il y a de belles choses, il est bon.[2]

MARIUS VICTORINUS. Acutissimus Grammaticus.[3]

VIRGIL. Eruditissimum poëtam.[4]

Elegantia Virgiliana.[5]

Eruditio Virgiliana.[6]

Summo poetae.[7]

Divinus vir.[8]

Divinus poeta.[9]

Doctissimus Romanorum.[10]

Omnium poetarum principem.[11]

Les vers d'Homère et de Théocrite tournés par Virgile quelques fois plus heureusement qu'ils ne sont en leur langue.[12]

De Virgilio nunquam loquendum, nam omnes omnium laudes superat.[13]

Quid facient Virgilio, qui nihil pene nisi alienum habet, sed dispositione et inventione aut fecit suum aut melius? [14]

See Lucan, Lucretius.

APPENDIX VIRGILIANA. *Aetna.* Frustra augurantur hoc poema esse Virgilii, quum ex verbis Senecae, Cornelii Severi esse necesse est. Ex quo poemate, quod nobis ex omnium illius scriptoris operum naufragio reliquum est, potes advertere, quantus fuerit ille vir in penetralibus Heliconis.[15]

Catalecta. (*a*) *Ad Venerem* (p. 88). Elegantissimum poemation et Virgilio dignissimum.[16]

(*b*) *Pauca mihi* (p. 90). Elegans poematium.[17]

Ciris. Politissimi poematii.[18]

Est autem prorsus cultissimum poematium, et quod nulli Latinorum neque nitore, neque elegantia cedat: atque adeo quod venustate sua

1 *C. I.*, p. 288.
2 *S. S.*
3 *T. T.*, animad., p. 121.
4 *A. V.*, p. 30. Cf. *ibid.*, p. 233: doctissimum poetam.
5 *Ibid.*, p. 69.
6 *Ibid.*, p. 70.
7 *Ibid.*, p. 77. Cf. *Y. V.*, p. 179: summo poeta.
8 *A. V.*, p. 123.
9 *Ibid.*, p. 131.
10 *F.*, p. cxlix.
11 *Cast.*, p. 51.
12 *L. F. I.*, p. 311.
13 *P. S.*
14 *C. F. B.*, p. 371.
15 *A. V.*, p. 86.
16 *Ibid.*, p. 233.
17 *Ibid.*, p. 247.
18 *Ibid.*, p. 44.

merebat, ut minus ad nos depravatum veniret. Non enim dici potest, quot mendis deformatum vix possit elegantiae suae dignitatem sustinere.[1]

Tam culto, ac tam nitido poematio.[2]

Divino poëmatio.[3]

Culex. Quisquis es, memineris non pueri ac tironis secundum eum Grammaticum, sed Virgilii ἀνδροῦ καὶ τελείου te opus legere.[4]

Dirae. Huius poematii auctor est Val. Cato Grammaticus. Quod deprehenditur ex iis, quae de eo scripsit Suetonius Tranquillus: nempe patrimonium suum amisisse bello Sullano: tum amasiam quandam Lydiam celebrasse carminibus suis. Utrunque in hac Ecloga apparet. Nam et Lydiae eius saepe meminit, et amissa bona sua deplorat. Quae fuit unica caussa, quare hoc eidyllion Virgilio attribueretur, quod et ipse quoque bello civili agros suos prope Mantuam amisisset. Sed quis sanus unquam hoc poema attribuat Virgilio, etiam si non constaret de nomine auctoris ? Hoc dico, non quod malus fuerit poeta Val. Cato (Dii melius), sed quod dissimilis Virgilio. . . . Dividitur autem hoc opusculum in duas partes. Prima continet devotum carmen, plenum imprecationum, et vere quas vocat Horatius Thyesteas preces. Secunda tota ad amasiae Lydiae amissionem spectat. Quae quidem quanvis egregia sint et luculenta, tamen eorum nitori maxime officiunt menda, quae in illis iniuria temporum inoleverunt.[5]

Elegia de Obitu Maecenatis. Hoc opus Epicedium scripsit idem, qui et de morte Drusi ad Liviam, hoc est C. Albinovanus Pedo. Nam sane nimium sinistre quidam iudicarunt, qui id non ab ullo illius felicissimi seculi poeta, sed ab alio potius, qui multo posterior aetate fuerit, exercitationis gratia scriptum esse contendunt. Extiterunt et qui Lactantio propter stili, si Diis placet, affinitatem attribuerent. Primum ego neque Lactantii esse dicebam: neque verum esse, quod ipsi adstruunt, stilum similem esse Lactantiano. Aliter enim, ut ille ait, catuli longe olent, aliter sues. Deinde scriptam esse bono illo seculo non obstare humilem καὶ λιτὴν λέξιν. Non enim propterea non pure Latinam esse consequens est. Deinde in hac elegia multa sunt cognitu digna, quae illis Scholasticis poetis in mentem venire non potuissent, certo scio.[6]

[1] *A. V.*, p. 45.
[2] *Ibid.*, p. 65.
[3] *T. T.*, animad., p. 54.
[4] *A. V.*, p. 4.
[5] *Ibid.*, pp. 169 f.
[6] *Ibid.*, p. 262.

Moretum. De auctore vero huius elegantissimi Catalecti, non constat. Neque enim Virgilii esse, satis norunt, qui Virgilium magis quam Grammaticos nostros triverunt. Valde enim confutat eorum iudicium stilus tam diversus a Virgiliano. . . . Sane eruditum admodum, et politum poematium: et non nisi talis poetae, qui, quum eius nomen adhuc lateat, meruerit propter praestantiam suam Virgilio subdititius esse. . . . Stilus ipse planus et candidus. Nihil tumidum: nihil insolens: omnia aequabilia.[1]

Priapeia. Iosephus Scaliger Sebastiano Sennetonio suo S. . . . Scis enim quae sequuntur poematia eiusmodi esse, ut eorum omnes fere, nisi si qui penitus pudorem amiserunt, pudeat, pigeatque: flagitiosa, petulantia, obscoena. Equidem sic omnia confiteor: scelestissimi, qui haec in vulgus ediderunt. Execrandum porro seclum illud, in quo turpia scribere hominibus licuerit, cum et turpia facere non prohiberentur. Nam quis haec negare audeat ? Cur ergo, inquies, haec vulgas ? cur interpretaris ? quid minus utile fuit, quam hoc ulcus tangere ? Prius dicant velim: an possum ea supprimere, quae tot iam editionibus publicata sunt ? deinde quare non licebit mihi, quod omnibus licuit, etiam sanctissimis et doctissimis viris ? Postremo quid in interpretatione nostra aut ita suspectum est, ut non tecte, aut ita aperte dictum est, quod non necessario dicendum fuerit ? [2]

ZONARAS. Graeculo.[3]

ZOSIMUS. Superstitior illo [i.e., Aurelio Victore] Zosimus.[4]

[1] *A. V.*, pp. 158 f.
[2] *A. V.*, pp. 183 f.
[3] *T. T.*, animad., p. 114.
[4] *E. T.*, p. 390d.